









1734.

1<sup>a</sup>-<sup>c</sup> Bochmerus, Tertius Henningus: De executione parten-

te appellatione recte facienda. 2 Decemb. 1734: 1740.

2. Bochmerus, Tertius Henningus: De conferendis bonis se-  
cundum jus Saxoniam Electorale.

3. Bochmerus, Tertius Henning: De obligacione ad revelan-  
dum occultum.

4<sup>a</sup>-<sup>c</sup> Bochmerus, Tertius Henning: De successione hereditaria  
conjugum ex pactis sapientibus. 2 Decemb. 1734: 1741.

5<sup>a</sup>-<sup>c</sup> Carricht, Francis Tabies: De imaginaria acqüitate  
probationis pro entando perjurio. 2 Decemb. 1734  
et 1749.

6. Tessenu; Simon Polus: De usu et abuso supplicationum  
et rescriptorum like penteante.

7. Heinoccius, Iacob. Gottlieb: De prescritione anni juris  
Lubecensis, a iure communi diversa.

8. Heinoccius, Ioan. Thellus : De testamentis factio[n]e iure  
Germanico actis limitibus pessim circumscripta

9. Heinoccius, Ioan. Thellus : De mortu[i], tuto[r]e et curatore  
unoris legitimi[n]o.

10. Hoffmann, Fridericus : De cibore fossili Suevico - Halusi

11. Hoffmann, Fridericus : De causa et circumspetca venae  
sibi accusacione.


12. Funckius, Joannes : De ignobilium, ingratu[m]  
multorum notitiam hospite.

13. Funckius, Joannes : De prognosi Hippocratis, quod  
febris solvat a poplexiam.

14. Funckius, Joannes : De motum augmento post hennoz,  
j[us] tam naturales quam artificiales saepius observando

15. Schierschmidius, Dr. Tortinus : Imputacionem culpare cito  
cum . . . publicae eructor[um] disquisitionis iubicit





1374.

DISSE<sup>1734</sup>  
TATIO IVRIDICA  
DE  
**EXECUTIONE**  
PENDENTE  
**APPELLATIONE**  
VALIDE FACIENDA,

QVAM  
INDVLTV  
FACVLTATIS IVRIDICAE IN REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE

FRIDERICIANAE DIRECTORE  
**DN. IVSTO HENNINGIO**  
**BÖHNERO** 191

ICTO POTENTISS. REGI BORVSSIAE A CONSILIIS  
INTIMIS ET ORDINIS ICTORVM VICARIO PRAESIDE  
P. P.

PATRONO ATQUE PRAECEPTORE OMNI  
QVA PAR EST ANIMI REVERENTIA NVNQVAM  
NON COLENDO  
D. XXX. MART. MDCCXXXIV.

H. L. Q. C.  
PVBLICO ERVITORVM EXAMINI SVEMITTIT  
**IOACHIMVS HENRICVS DREYER**  
LVBECENSIS.

---

HALAE MAGDEBURGICAE  
TYPIS IOANNIS GODOFREDI MEYHII, ACAD. TYPOGR.

DISSERTATIO IURIDICA  
DE  
EXEGATIONE  
PENDENTI  
APPELATIONE  
VALDE VINCENDA  
LEGITIMATE IURIDICE IN REGIA FIDESREGIANA  
TRIDERICIANAE DIRECTORE  
DU LUSTO HENNINGIO  
BOHEMERO  
IC TO PORTINISS. REGI BORASSIE A CONSILIIS  
INTIMIS ET ORDINIS IC TORNII AGYRIO PRESEDE  
PATRONO ATOAE PROLEGATORAE OMNI  
DIA PAR ET MUNI REVERENTIA NUNDIN  
MON CORDIMO  
DXXV MILLE DECIMI  
JACCHIMAS HENRICAS DREYER  
TYPICUS  
HABENS MEDAILLIONE  
THE JOANNIS GODEFRIDI VELUTINI AGD. TYPOCR

VIRO  
*ILLVSTRI MAGNIFICO AC NOBILISSIMO*  
DOMINO  
**IOANNI HENRICO**  
**DREYERO**  
CONSVLI  
REIPVBЛИCAE LVBEСENSIS  
MERITISSIMO  
PARENTI SVO

OMNI DEBITAE VENERATIONIS CVLTV  
AD CINERES VSQVE PROSEQVENDO

*DISSSERTATIONEM HANC IVRIDICAM  
CVM VOTO  
DVRATVRAE IN PERPETVVM FELICITATIS  
EA  
QVA DECET PIETATE, ATQVE OBSERVANTIA  
DICAT ATQVE CONSECRAT*

*EILIVS DEDITIONIS  
RESPONDENS.*

ADLOCVTIO  
PRAESIDIS AD RESPONDENTEM.

**A**Sylum, quod appellantibus in iure tributum datumque, tam sanctum tamque inviolabile esse constat, ut ad illud confugientes inde retrahi sine criminis attentati nequeant. Ipse PAVLVS Apostolus, a Iudeis grauiter accusatus, ut declinaret iudicium Hierosolymitanum, in quo de eius capite agendum erat, appellavit Caesarem *Act. XXV, 10. sqq.* dicendo: *ad Caesaris tribunal adsto: ibi me causam dicere decet -- Caesarem Appello.* Vel haec formula olim sufficiebat, ut MACER Ictus in *l. 2. d. appell.* testis est, tanti ponderis & efficaciae, ut FESTVS mox decreuerit: *ad Caesarem appellasti: ad Caesarem ibis.* Hac ipsa illi manus ligatae erant, ut licet anceps haereret, quodnam crimen ei imputatum ad imperatorem referret, appellationi tamen standum esse duxerit; AGRIPPA vero *Act. XXVI. 32.* fassus fuerit, *eum absolu potuisse, nisi ad Caesarem appellasset.* Tu vero, doctissime DREYERE, in alia omnia abire, & huius sanctissimi

etissimi asyli sanctitatem, propugnando facultatem  
exequendi sententias pendente appellatione, destruere  
aque ira immunitatem aiae huius violare videris. Sicuti  
vero non quilibet confugientes ad tempa asyli iure gau-  
dcent, sed nonnunquam iusta de causa inde retrahi pos-  
sunt; ita in praesenti dissertatione id vnicce duntaxat agis,  
vt ostendas, quibus prouocationibus vel in totum vel se-  
cundum quid ius asyli admittum sit. Et quidem eo in  
argumento versatus es probe, perite, & docte, vt omnes  
intelligant, Te illis innutritum instructumque esse prin-  
piis, quae ad ἀστηρας maxime tendunt, & reipublicae  
commodis, quibus promouendis natus atque educatus  
es, inferrire queunt. Non tantum enim genuinos iuris-  
prudentiae fontes magna animi alacritate sectatus es,  
sed etiam, quod caput rei est, in euoluendis, perscrutan-  
dis, & referendis actis occupatus fuisti, atque ambigua  
causarum fata dextre enodare studuisti. Vno verbo:  
id asseditus es, cuius gratia in hac palaestra per aliquot  
annos es commoratus. Gratulor Tibi ex animo de  
tam prospero studiorum tuorum exitu, persuassissimum  
habens, Te in posterum quoque in eodem tramite pro-  
gressus insignes facturum esse. Dabam in Frideric.

d. xxvi Mart. MDCCXXXIV.

¶ (o) ¶



CAPVT I.  
DE  
EXECVTIONE PER APPELLATIONEM  
REGVLARITER VSPENDENDA.

§. I.

Ppellandi vſus, quam ſit frequens, Utilitas peri-  
quamque necessarius, nemo eſt, qui neſciat, culum & abu-  
ſus VULPIANVS in l. i. de appell. & relat. his appellatio-  
nibus. simulque oſtendit, vſum quidem eius num.

possit hoc remedium: periculum vero ex appellacione immi-  
nens in eo demonstrat, quod nonnunquam bene latas ſententias  
in peius reformat; neque enim, pergit, virique melius pronuntiat  
qui nouifimus ſententiam latus eſt. Addi vero his inprimis  
debet insignis abuſus, qui ex frequentia appellacionum, quam  
ius canonicum peperit, promouit, commendavit, natus eſt, &  
ad eo dilatatus, vt multitudine & immortalitas litium aliunde  
deriuari nequeat, quama ex nimia appellandi licentia.

A Longe  
enim

¶ CAP. I. DE EXECVTIONE PER APPELLATIONEM

enim contentiosius est iudicium appellationis, quam primae instan-  
tiae, vt recte ait LVDOLPH HVGO de abusū appellat. tollendo,  
in praefat. imo longe frequentior est usus hodiernus appella-  
tionum, quam olim apud Romanos fuit, quod e re curiae  
Romanae usum fuerit, usum earum admodum extendere,  
sub praetextu defensionis necessarie ad quaecunque decreta,  
mandata, interlocutoria, imo etiam ad grauamina extra iudicia-  
lia, quo eo frequentior aditus esset ad curiam Romanam, ex  
hoc vero insigne ad auctoritatem papalem incrementum ac-  
cederet. Neque vero hic abusus in iudiciis ecclesiasticis tan-  
tum substitut, vnde appellationes ad curiam romanam porrige-  
bantur: inox etiam ad sub sellia iudicium secularium pertran-  
sift, qui ex prae iudicio auctoritatis papalis litium anfractus, usum,  
& modum ex iure Canonico petierunt, & in rem suam verte-  
runt, vt omnium iudiciorum docet status praefens. Inde  
vero execu<sup>t</sup>io sententiarum sifstur, cursus litium admodum  
tardatur, & suum cuique in effectu sub colore appellationis  
nondum sotpiae denegatur.

Ex iuris cano-  
ni decretris.

Vnde execu-  
tiones impe-  
diuntur.

Et suspendun-  
tur.

Quandoque  
tamen eae li-  
cite fieri  
possunt.

§. II. Quamvis vero per appellationis interpositionem re-  
gulariter iudici ligentur manus, eique obstatum iniciatur,  
quo minus ad executionem procedere queat; in tam insigni  
mole tamen appellationum e re iudiciorum, imo communis  
& publici boni fuit, de rigore hoc aliquid remittere, &, non  
obstante appellatione ad quaecunque iudicia etiam suprema  
Imperii, executionem vel etiam ulteriore progressum in cau-  
sa quandoque permettere, ne alioquin lites fierent immortales,  
quod optime obseruauit inui<sup>c</sup>lissimus Imperator CAROLVS VI.  
in Capitul. art. 17. censuitque: Dass dadurch die abgeurhete  
Rechtsfertigung wieder zur Bah<sup>n</sup> gebracht, und die erhobenen  
Streitigkeiten an dem Kaiserlichen Cammer-Gericht oder Reichs-  
Hof-Rath gar unsterblich und dieluvitz kraftlos gemacht werde.  
Non quidem nego, id extra ordinem fieri; salutare tamen mul-  
gis in casibus est, vt e re mea, absoluto in hac Academia  
studio-

studiorum cursu, visum fuerit, in huius argumenti explicatio-  
ne, vires ingenii mei periclitari, & quod in patria mea appella-  
tiones ad supraImperii tribunalia porrigitur, potissimum  
earum rationem habere atque inquirere, in quibus caussis ca-  
sibusque executionem sententiae vel vteriore litis progres-  
sum haud sistant? Id vero commode hoc expediri potest mo-  
do, vt hoc capite regulam, de executione per appellationem re-  
gulariter suspenda, breuibus praemittam atque illustrem; dorum  
capite sequente vero licentiam exequendi ob denegatum ap-  
pellationi effectum suspensum demonstrem, & tandem capite  
ultimo eandem rursus defendam propugnemque ex caussis,  
quaes aperte appellationi temere susceptae locum non fa-  
ciunt, eamque etiam a iudice inferiori licite reici docent.

Progressus ad  
propositum  
thema.

Ordo dicens.  
I. ad alios

§. III. Recte censem MATTHIAS COLERVS de processu  
executivo P. II. cap. 1. n. 62. executionem sententiarum esse  
partem principaliorem iudicij, quippe ad quam vniuersus stre-  
pitus & apparatus tendit, & sicuti nervus iurisdictionis in im-  
perio consistit, ex hoc vero exequendi facultas dependet, ita  
auctoritatem magistratus nihil magis conseruat, atque tuerit,  
quam primita iudicatorum mandatorumque executio. Ius  
enim redditum inter inuitos & reluctantes, manu militari coer-  
cendos, iuxta l. 68. de R. V. l. 38. §. 1. de verb. oblig. & tamen  
omnino necesse est, atque iustitiae rationibus conueniens,  
vt post sententiam auditam omni & discussa lite prolatam rei iudi-  
catae vigor ad effectum deducatur, vt sancti Imperatores in l. 8.

Promota iudi-  
catorum ex-  
ecutio saluta-  
ris.

C. de executione rei iudicatae, pariterque in l. 2. §. 3. C. eodem. l. 32.  
Cod. de transact. repeatunt. Est ergo EXECUTIO nihil aliud  
quam actus judicialis, quo ad id, quod vel per sententiam pronun-  
ciatum, vel reo absolute iniunctum est, auctoritate judiciali inuitus  
adigitur. Vnde extrellum in iurisdictione recte dicitur in l. 1.  
§. 1. D. si quis ius dic. non obtemperauerit; quia ad eam non  
aliter deuenitur, quam si sententiae vel iussui magistratus  
condemnatus obtemperare prorsus recusat, & ita executio

Cuius defini-  
tio sifit.

4 CAP. I. DE EXECVTIONE PER APPELLATIONEM

Vimque defiderat, atque necessaria est.

extremus seu ultimus est aetus iurisdictionis, in quo reus recte dicitur extrema experiri. Cui enim executio imminet, extrema metuit, qua locutione vtitur SVETONIUS in Calig. cap. 54. n. 6. & in Vespas. c. 4. n. 7. vel etiam extrema susinet, ut cum APULEIO lib. 1. de Afin loquar, quia non aliter contra iniustum vigor iudicati ad effectum deduci potest, quam per remedia coadiuva, quibus res publica nulla carere potest. In hoc differunt praecipita morum seu doctrinum & iudicium. Illa coactionem talem non admittunt, si animo spontaneo non suscipiuntur, nec hoc ipso doctrinae aut autoritati eorum aliiquid detrahitur. Enim uero haec coactionem omnino desiderant, sine qua iudicis autoritas, ac fatus reipublicae & iustitiae effectus esse nequeunt. Conf. CARPOV. in proc. crim. qu. 106. n. 95.

Quod illustratur ex legibus imperii.

§. IV. Haec in iure naturae & communi fundata doctrina etiam in legibus Imperii cognita & confirmata est. Admodum scite in Handhab. des Land-Friedens zu Worms de a. 1495. eiusque praeftatione dicitur: Alle Ordnung, Gebot, und Rechtsfertigung sind unversänglich, wo sie mit standhaftiger Handhabung nicht bekräftigt und vollführt werden. Nihil verius hoc asserto, cum sicut campana sine pistillo inutilis prorsus est, ita leges & iudicata, quae ius inter partes faciunt, sine prompta executione frigeant. Vetus querela imperii fuit, Spirae spirant, lites non expirant, quam abolere quovis modo laborarunt Caesar, Statusque Imperii, adeoque in Ordin. Cam. de a. 1517. zu Worms §. 18. de mediis fuere solliciti: Damit die höchste Klag und Nachrede im Reich und Cammer-Gericht erwachsen, indem gesagt, daß niemand zu gebührlichen Vollziehung seiner gehabten Urtheil kommen möge, abgestellt und gemildert werde. Denuo in hoc argumento perficiendo desudauit Ord. Cam. Wormatiens. de a. 1521. tit. Execution der Urtheil belangend §. 1. Dieweil bis anher zu Zeiten der Execution der gesprochenen Urtheil am Cammer-Gerichte etwas Mangel erschienen, und dann ein jedes Urtheil, so denn nicht gebühr-

gebührlich Vollstreckung geschiehet, wenig Frucht bringet, damit nun hinsürter manninglich seines erlangten Rechthens an unsern Cammer-Gericht desig forderlicher Vollenziehung und Execution bekommen möge, so haben wir mit Recht und Verwillingung der Stände geordnet und gesetzet, ordnen und setzen hiemit, daß einem ieden auf sein Anruffen der Urthel und Recht daselbst erlangt und erhalten, an der Parthey, so der Urthel verlustig ist worden, ein Gebots-Brief und executorial bey einer nahmlichen poen nach Gestalt der Sachen, durch unser Cammer-Gericht und Beysiger erkannt werden soll, halb dem Fisco und halb dem gewinnenden Theil zu bezahlen, nach Überantwortung des Gebots-Briefes in N. Zeit, solchen erlangten Urthel zum allerfördertesten Folge zu thun. Quae vterius adducuntur remedia coactionum hic omitti, id vnicce duntaxat inde colligens, repetitis vicibus ab Imperio paratissimam iudicatorum executionem adornatam praecriptamque fuisse. Rursus in R. I. Noriberg. de a. 1524. S. 24. de novo imperium curam suam hac direxit: Damit an gebührlicher Execution gesprochener Urthel im heiligen Reich kein Mangel sey, und sich deshalb niemand beklagen möge. Eaque de causa in casu contumaciae sedulo voluit: Ernstliche Vollenziehung zu thun, und darüber strenglich zu halten. In R. Imp. Aug. de a. 1530. S. 86. commissariis iunctam: Ob deshalb (sc. wegen der Execution) ein Mangel wäre, dermaßen Einschensch zu thun, daß die gesprochene Urthel forderliche Execution erlangen möge. Speciatim vero in Ordin. Cam. de a. 1555. P. III. tit. 49. accuratior modus exequendi oder weiterer Furchtung der Execution des Kaiserlichen Land-Friedens und gesprochener Urthel determinatus, pluraque huic nouiter addita sunt in R. I. de a. 1654. S. 80. sqq. 159. sqq. Ec quia in primis executio eorum, quae in Instrumento Pacis constituta & consensu belligerantium communis conuenta erant, necessaria suit, anno 1650. peculiaris Recessus der Friedens-Executions-Haupt-Recessus; anno praecedente vero artiior exequendi

6 CAP. I. DE EXECUTIONE PER APPELLATIONEM

quendi modus, & a. 1648. *Caesareum executionis Edictum publicata fuerunt. Quae rursus causam huius argumenti serio agunt, & necessitatem eius summan agnoscunt. Denique etiam ipsis in capitulationibus fidem suam adstrinxerunt Imperatores, de executione nullo modo impedienda sed promouenda.* Nouissime CAROLI VI. capitulationi art. 17. hoc sponsionis caput adie-  
tum: *Wann in Reichs-Hof-Rath oder Cammer-Gericht ein End-Urytel gestellet, und dasselbe krafft Rechtern ergriffen, so sol- len und wollen wir dessen Execution in keinerley Weise und Wege hemmen oder hindern, vielweniger dasselbe verschieben, sondern damit nach der Reichs-Hof-Rath und Cammer-Gerichts-Ordnung schlechterdings ohne einige Verzögerrung und Betrachtung einiger dem Rechten nach wider die Execution nicht zulässige Exception verfahren, und vollziehen, und dergestalt einem iedweden ohne Unsichtung der Person schleinig zu seinem erstrittenen Recht helfen. Quia vero verendum erat, ne quandoque condemnati ad auxilia extraneorum Principum confugerent, & hoc modo vigorem rerum iudicatarum impedi-  
rent, inde in art. cit. huic publico malo medicina quaerenda fuit, quod indigitant haec sponsionis verba: Wir sollen auch res iudicatas Imperii gegen alle auswärtige Gewalt kraftiglich schliessen, und mainteniren, auch auf begebenden Fall einiger Po-  
tentaten oder Republicien die ordentliche Execution des Reichs verhindern, sich derselben eimischen oder widersegen würden, solches nach Anleitung des Instrumenti Pacis oder Executions-  
Ordnung und der Reichs-Constitution ablehren, und alle behö-  
rige Mittel dagegen verwenden.*

Inde 1) iudex  
imploratus  
executionem  
denegare  
nequit.

§. V. *Quemadmodum vero maiestas imperii summorum tribunalia in exacta executione iudicatorum & mandatorum continetur, ita pariter inferiora iudicia atque Statuum Imperii tribunalia eandem adhibere debent sollicitudinem, ne vigor iudicatorum, insidiis condemnatorum eludatur. Inde 1) iudex legitime imploratus eam denegare aut retardare nequit,*

nequit, sicut vbi a Camera denen Crayß-ausschreibenden  
Fürsten eines oder benachbarten Crayßes executio demandata  
est, illam declinare nullo modo possunt, vel ut dicitur *in Rec.  
Imp. de a. 1554. S. 160.* welche dann auf solchen des Cammer-  
Gerichts Befehl und des obliegenden Theils gebühlerlich Ansuchen  
ihm fürderlichste Hülffe, und Vollenziehung mitzuteilen schuldig  
seyn sollen. 2) *Quodsi mediate fit executio, per demandata in*  
alteri executionem, qui sententiam iniustam esse cognouit,  
nihilominus eam exequi tenetur, *quia non cognitio, sed executio ei iniuncta est,* vt censuit Pontifex *in c. 28. vers. quia vero. X.  
de officio & potestate iud. deleg.* Hoc vero a) de meritis executo-  
ribus intelligendum, quibus nudum executionis factum sine  
villa causae cognitione iniunctum; b) qui ex priuata scientia,  
& sic extra acta cognitionem iniustae sententiae habent;  
grauem enim & periculoso admodum foret, si vbi notorie ex  
actis de nullitate & iniustitia sententiae constat, executioni  
eandem mandare. *c. 2. de crim. falsi.* Ad minimum integrum  
est executori deferre quaestiones, quae inciderunt ad supe-  
riorem. *cap. 5. X. de sentent. & re iud.* GAIL. I. I. obs. 13. n. 8.

3) Si iudex in exequendo deest officio suo, a superiori  
per mandata *sine clausula* executorialia compellendus est,  
veluti si in Camera Imperii, ad quam appellatum, re-  
iecta est prouocatio, vel prior confirmata sententia, &  
iudex a quo legitimate interpellatus, differat aut deneget ex-  
ecutionem, camera legitime implorata parti victimi, manda-  
tum executoriale contra judicem *a quo*, vt sententiam suam  
executioni mandet, concedit, vt plenius declarat GAIL. I.  
obs. 13. n. 15. 4) Si vel maxime exceptiones nullitatis, simi-  
lesue, de quibus agit BERLICH. P. I. concl. 84. executioni op-  
ponantur, nihilominus tamen, si altioris indaginis sunt, eam altioris indi-  
non retardant, cum pro iudicato praesumtio militet, & hoc genis.  
in effectum deducendum. GAIL. cit. I. n. 11. & I. obs. 127. in fine.  
Derique 5) si Iudex in exequendo moram facit, tenetur, 5) Alioquin  
actione iudex ad in-

2) Ad execu-  
tionem consti-  
tutus commis-  
sarius de iusti-  
tia indicati  
cognoscere  
nequit.

3) Iudex infe-  
rior a superio-  
ri per compel-  
li ad exequen-  
dum cogi  
poret.

4) Reiectis ex-  
ceptionibus  
5) Alioquin  
actione iudex ad in-

8 CAP. I. DE EXECUTIONE PER APPELLATIONEM

teresse tene-  
tur.

Appellatio ta-  
men suspendit  
executionem.

Si vel maxime  
iudex inferior  
eam non reci-  
piendam  
credat.

Appellatio  
non extinguit  
sententiam.

actione in factum ad interesse, si per moram eius factum est, ut postea executio inatis fieri cooperit, de quo plenius actum in diss. B. I. S. STRYKII *de mora iudicis*.

§. VI. Praesupposui vero sententiam in *rem iudicatum* transiisse; etenim si intra decendum ab ea appellatum est, executio sistitur, & iudici inferiori ligantur manus, vt omnia in statu quo relinquere teneatur. Habet enim appellatio duplicum effectum, *a) deuolutium*, ratione *causae*, quae ad iudicem superiorem per provocationem deuoluitur: *b) suspensum*, ratione *executionis*, cum appellatione interposita nihil nouari oporteat, sed *integer status causae* relinquat debeat, qui eidem non seruaretur, si contra condemnatum ea executioni daretur. *I. vnic. princ. §. 1. & 3. D. nihil novari interposita appellat.* TEXTOR ad R. Imp. de a. 1654. disp. XI. §. 25. LANCELLOTTVS de avert. P. 2. c. 12. in praef. n. 80. & 93.

Neque aliud dicendum, si vel maxime iudex a qua appellatio non haud deferendum credit, vt perspicue docet ICtus in *I. 6. D. de appell. recip. & sciendum est*, ait, cum appellatio non recipitur, praecipi iuris constitutionibus, omnia in eodem statu esse, nec quicquam nouari, etiam si contra fiscum appellatum sit, cumque, qui appellationem non receperit, opinionem suam confessim per relationem manifestare, & causam, pro qua non recipit, appellacionem. Prouocat ICtus ad constitutions Imperatorum, quarum etiam, repetita eadem sententia, fit mentio in *I. 2. C. de appell.* Quo circa Episcopus presbyterue per sententiam depositus, appellatione interposta, officio interim fungitur, omnemque exercet iurisdictionem, vt recte LANCELLOTT. cit. *I. n. 94.* obseruat; quia effectus sententiae, appellatione pendente, quiescit, sistiturque, atque incertum est, utrum effec- tum sit habitura sententia:

§. VII. Impropius, vel plane *abusus* loquuntur, qui sententiam per appellationem *extingui* cum LANCELL. cit. loco *n. 126*, affirant, prouocantes ad *I. 1. in fine D. ad SCtum Turpilianum*,

lianum. Quamvis enim ICtus hanc prodere sententiam videatur, provocacionis remedio condemnationis extinguitur pronuntiatio; contextus tamen docet negative haec legenda esse verba. Turpilium. De sensu I. n. in f. ad Sc. Nam condemnatus erat accusatus, sed prouocauerat, & accusator postea destiterat, quarebatur: an in SCtum Turpilium inciderit accusator? Ait ICtus: prope est, ut incidisse videatur, cum nondum accusatio finita sit, & provocacionis remedio condemnationis non extinguatur pronuntiatio, vt legendum prorsus existimo. Affirmativa enim lectio errorem manifestum continet, cum sententia tantum appellatione suspendatur, ut dicitur in l. 32. §. 3. C. de appell. & l. n. C. de reb. creditis, non extinguatur. Quid enim si iudex appellationem eam confirmet? quid si appellans deserat appellationem, fatalia negligat, vel eidem renunciet? Hoc casu prior sententia statim in rem iudicataam transire, illo vero vires accipit ex confirmatione, ut ad iudicem primae instantiae pertineat executio. Neutrum fieri posset, si per appellationem interpositam sententia prior explinata foret, quod posteriori casu nec reuiniscere, nec prior confirmari posset, sed noua sententia esset ferenda. Quocirca si quis iudicio infamante condemnatus appellauit, pendente iudicio, inter famosos non habetur. l. 6. §. 1. de his qui non. infamia, quia an sententia sit effectum habitura? nondum constat, sed ex eventu appellationis demum dependet. Nec obstat, quod lectio affirmativa quadrare magis videtur ad decisionem ICti, cuius intentio hic redire videtur, nondum finitam esse per hanc sententiam accusationem, quae finita videatur, si negative legenda foret ratio ICti. Etenim huc potius ratio ICti redire videtur, appellatione interposta continuari adhuc accusationem, nec condemnationis sententiam extingui, sed tantum suspendi, donec appellationis instantia fuerit finita. Nec assiri potest, ICtum de effectu condemnatoriae sententiae intelligendum esse, quia etiam hic tantum suspenditur non extinguitur.

Alioquin iude-  
x exequens  
attentatum  
committit.

Et spolium.

Quod reu-  
candum sta-  
tim.

§. VIII. Quocirca si iudex non obstante appellatione executionem suscipit, attentatum committere dicitur, quod in continenti reuocandum, l. 12. & 13. C. de appell. imo ipso iure nullum est, vt plenus euincit LANCELLOTT. de attent. P. II. c. 12. concl. 17. & illustrat c. 34. X. de appell. Etenim inde liquet, quod post prouocationem interpositam lata ab inferiore iudice sententia sit ipso iure nulla, adeoque excommunicatio post appellationem decreta prorsus viribus caret, vt Pontifex in c. 52. X. de appell. recte censet. Quocirca etiam executio omni carere debet effectu, quae appellatione interposita imo etiam intra decem dies appellationi dictos suscepit, quod praeposterius talis executio eo tempore facta, quo nondum sententia vires rei iudicatae acceperit, quamvis postea haud fuerit appellatum, quia nihilominus iure prohibente facta, LANCELL. cit. loco n. 15. atque ea de causa iudici illicite & de facto exequenti nulla infertur iniuria, si hoc casu reus restitutus executioni. Iudex enim attentans committit spolium, instar priuati habetur, & de spolio ad plenariam restitutionem conueniri potest. CARPZ. I. III. resp. 108. BLVM. in proc. camerali. tit. 53. Confirmatum hoc est in R. I. de a. 1054. §. 59. atque de attentatiori hoc modo cautum: Und wenn gegen die ausgelassenen inhibitionen gehandelt, oder attentiert werden, solches auch notorie und in continenti zu erweisen wäre, sollen hinsichtlich auf Begehren des Appellant en alle mandata de revocandis attentatis auch extra judicialiter erkannt, und solcher Punct förderst zur execution gebracht, keinesweges aber der Supplicant mit seinem Begehrn erst zum gerichtlichen Proces verwiesen werden. Conf. ord. eam. de a. 1555. tit. 13. §. 14. vbi dicitur: es wäre dann, daß die attentata offenbar oder sonst in continenti möchten dargethan, und bewiesen werden, in welchen Fall dann dieselbige vor allen Dingen renouirt und abgethan, oder aber, da auf die poen der inhibition gefragt, gehandelt, und erkannt werden soll, was recht ist.

§. IX.

§. IX. Sciendum tamen est, vt appellatio hunc effectum Praesertim si *suspensuum* consequatur, & iudex ab vltiori progressu impe- a definitiva  
diatur, 1) distinguendum esse iuxta c. 2. de appell. in 6. (vnde appellatum.  
processus iuris communis originem traxit;) inter definitiuan  
& interlocutoriam sententiam. De appellatione ab illa haec  
Pontificis sententia est; *innovata posse appellationem a DEFINI-  
TIVA SENTENTIA interiectam, ante omnia per appellationis iu-  
dicens penitus reuocari semper debent; licet nondum inhibito a  
iudice superiori fuerit decreta. Quod ipso iure iudici manus  
ligentur, vt ad executionem progredi nequeat. Atque hoc  
ea, quae §. praecedenti. allata sunt, spectant. Quoad applica- Secus si ab in-  
tionem ab interlocutoria generatim decernit BONIFACIVS VIII. terlocutoria.  
cit. l. illa vero quae posse appellationem interpositam ante definitiuan  
sententiam ianouantur, donec appellationis caussam veram esse con-  
siderit, reuocari non debent. Valide itaque interim in caussa vlt-  
terius progreditur, quod talis appellatio tantum punctum  
incidentem concernat, & plerumque interponi soleat temera-  
rie litis protrahendae causa, quod quacunque ratione praecauendum est. Additur tamen limitatio, nisi index appellatio- Nisi inhibicio  
nis inhibeat canonice (vel legaliter) iudici a quo appellatum exi-  
tit, ne procedat, quod facere de iure & sic legaliter potest, pos-  
quam ei conslitit per appellationem emissam, ex probabili causa  
fore ad se negotium devolutum. Regulariter ergo iudex su-  
perior appellatione hac coram se introducta non statim de-  
cernit inhibitionem, sed in veritatem grauaminum ante omnia  
inquirit, & ita decernit, vtrum sit appellatio recipienda nec  
ne? GAIL. I. obs. 130. n. 7. & obs. 144. n. 4. Interim vero, omis-  
so articulo appellationis, ad appellati instantiam, inuito etiam  
appellante in causa progreditur iudex, cuius rei multa exem-  
pla in camera extare testis est Dn. DE LVDOLFE. de iure camer.  
scit. I. §. XIII. n. 24. p. 192. in fine. INNOCENTIVS IV. in c. 3. Quod illustra-  
de appellation. in 6. itidem, ne statim iudex superior inhibeat, tur ex iure ca-  
decernit, quod si obiciatur (ab appellato coram iudice ad quem) nonico quo  
praeccuetur*

12 CAP. I. DE EXECVTIONE PER APPELLATIONEM

ne remere fiat ex iniusta caufa seu minus legitima ante sententiam appellationem interpositam extitisse, & ex eo non esse appellationem huiusmodi admittendam, nequeunt praedicti Archiepiscopus vel eius officialis (ad quem appellatum) prohibere, ne procedatur in caufa, nisi prius appellatione recepta, velut emissis ex CAVSSA PROBABILI cognoscere inciantur, de caufa huiusmodi, an sit vera.

Et ex R. I. de  
an. 1594. §. 3.

§. X. Noua declaratione hoc illustratum in Rec. imp. de  
an. 1594. §. 23. Wenn aber von gemeiner interlocutoria, so doch appellabilis ist, appellaret wird, soll alsdenn nach gemeiner beschriebenen Rechten (quibus verbis ius canonicum indubie designatur) nicht inhibetur werden, es sey denn euidens periculum in mora, oder dasz daraus ein damnum irreparabile erfolgen müsse. Evidem de iure canonico a quauis interlocutione appellari posse, certum est, & quamvis concilium Tridentinum hoc ad interlocutorias vim definitiuae habentes, & quae damnum irreparabile, seu quod per definitiuum reparari nequeat, restringatur; non vbiique tamen in protestantiam iudiciorum haec coarctatio assumta & probata est. Id tamen nihilominus obseruandum, appellationes a tali interlocutoria, quam mixtam vocant, eundem effectum suspensiuum ante omnem inhibitionem habere, quod vim definitiuae dicatur habere, & secundum naturam definitiuae reguletur, vt recte tradit LANCELOTUS de attent. P. II. c. 12. limit. 1. n. 57. sgg. Dicitur autem interlocutoria vim definitiuae habens, quae super puncto incidente, utroque andito, rationibusque vtrinque, productis, in forma sententiae definitiuae lata: e contrario quod ad unius instantiam duntaxat decernitur, simplicius decreti vel resolutionis tantum habet rationem, in re iudicata non transit, sed semper reuocari potest, 1. 14. D. de re iudic. atque licet a tali decreto quoque secundum ius canonicum appellari queat, haec tamen prouocatio ante inhibitionem non impedit, quo minus iudex possit ad ulteriora pergere; c. 2. de dolo & contumac. in 6. nisi 1) forsan appellationi interpositae detulisset, quia iudex, quan-

Appellatio statim ligat iudici manus in sententia vim definitiuae habente.

Non im sim-  
plici interlo-  
tione.

quantum in se fuit, a se iurisdictionem abdicauit eandem.  
*c. 5. de appellat. in 6. 2)* interlocutio vel decretum ad unius instantiam impetratum, negotio principali praecidicaret, veluti exceptione peremptoria repulsa; vel 3) negotium nullum redderet, vtpote si legitimatio ad causam a reo desiderata, a iudice esset neglecta. *c. vlt. de appell. in 6. BLVM. in proc. cam. tit. 54. n. 22. LYNCKER. de extraiud. grauamine c. VIII. §. 8.*

§. XI. Praeterea ius canonicum adeo late produxit ap: In extraudi-  
 pellationes, vt etiam a *grauamine extrajudiciali*, quod a parte ciali appella-  
 infertur, appellari queat, quae prouocatio itidem habet esse-  
 tium *suspensuum*, sed tamen *inhibitio* non statim decernenda. inhibitio non  
 Id aperte prouisum in *Rec. imperii de an. 1594. I. 23.* Also soll statim decer-  
 auch in extrajudicitalibus appellationibus, ehe und juvor die iu-  
 risdiction und appellatione gngsam fundiret und iustificiret, vor  
 der Krieges-Befestigung, oder zum wenigsten ehe der Gegenthil  
 dariüber gehört, durchaus keine inhibition darüber erkannt wer-  
 den. Sunt enim tales appellationes, a *grauamine* per par-  
 tem illato, magis *simplex querela*, seu *prouocatio ad causam c. 5.*  
*X. de appell.* adeoque prius alter audiendus est, antequam *Suspenditur*  
 decernatur *inhibitio*. Interim operatur, vt quod gerendum tamen quod  
 est, prouocatione facta, suspendi debeat, ne fiat; alioquin gerendum est  
*attentatum* committitur: quae autem aliter fiunt postea, *gra-*  
*uamen* non attinentia, hand recte ad *attentata* referri queunt.  
 Declarat hoc exemplo idoneo *L. B. de LYNCKER de grauam.*  
*extraiud. cap. VIII. §. 18. n. 4.* si appellatum fuisset, ne electio instans per *compromissum* fieret, eo tamen non obstante maior pars compromisisset, electio foret nulla, & ad *attentata* rese-  
 renda. Quid vero si electus electioni sibi factae non con-  
 sentiret, & capitulum ad aliam electionem per *scrutinium* accederet, vocatis, sed comparere nolentibus, appellanti-  
 bus: electio hoc modo facta, non repugnat appellationi, &  
 valide reputanda. Quocirca appellatione talis non impedit,  
 quo minus ad alia, quae appellatione non repugnant, progres-  
 sus fieri possit,

14 CAP. I. DE EXECUTIONE PER APPELLATIONEM

Appellatio  
non suspendit  
sententiam,  
nisi inferior  
suerit appell-  
atum fuisse.

Nec attenta-  
tum operatur.

§. XII. Praeterea necesse quoque est, ut iudex a quo *noritiam factae appellationis* habuerit, qua destitutus esse potest, si coram Notario & testibus ad cameram imperii, prout plurimum contingit, appellatio interposita, quo casu iudex a quo *attentatum* haud committit. M E V. P. III. dec. 121. M Y N S. Cent.  
IV. obs. 45. Id etiam prouisum in Ord. Camer. P. II. Tit. 29.

§. 5. So aber solche Appellation (vom Notario und Zeugen) dem Unter-Dichter nicht insinuaret, soll dieselbe nichts destoweniger von dem Cammer-Dichter angenommen. Doch so der Unz-  
ter-Dichter in diesem Fall auf Anrufen der Parteys mit der Execution oder sonstem im Rechten verfahren würde, soll dassel-  
bige, daß also durch ihn, ehe und zuvor ihm durch das Kaiser-  
lich Cammer-Gerichte inhibetur, gehandelt, nicht für attentat  
geachtet, auch der Appellant derhalben super attentatis nicht  
gehören, sondern in puncto appellationis, wie sich gebühret, zu  
procedirent, und zu handeln, angehalten werden. Habet ergo  
talis appellatio effectum quidem *deolutium*, sed *suspensum*  
demum consequitur, accedente inhibitione Cameræ, obser-  
uante TEXTORE ad Rec. Imp. de a. 1054. disp. XIX. th. 47. Hoc  
etiam IDEM cit. loc. disp. XII. th. 7. ad eum extendit casum, si  
post decendium ulterius progreditur, utut a tempore scien-  
tiae a gravato interposita fuerit appellatio, iure permittente,  
cum iudex in *probabili* versari possit *ignorantia*, utrum pars  
victa tenorem sententiae resciverit nec ne? velut, si sententia  
*in vim publicati*, ad dominum victo insinuata, ut in quibusdam  
iudicis moris est. Hoc casu demum fatale decendii currit a  
tempore scientiae, adeoque contingere potest, ut iudex elapsò  
decendio ad executionem procedat, iuste existimans tenorem  
sententiae victo innotuisse. Pariter cum de *iure communi* ter-  
minus introducande appellationis sit arbitrarius, & iudicis a  
quo sit, in apostolis hunc appellanti praefigere, l. 5. C. de appell.  
c. 4. X. eodem, appellans hunc exakte obseruare, & non tan-  
tum appellationem intra illum introducere, sed etiam pra-  
terea

terea documenta *falsa* *introductionis & receptionis* a iudice su- Quod etiam A  
periori petere, illudque iudici inferiori insinuare debet. Hoc dicendum, si  
non factio iudex inferior in iusta existens ignorantia, termino non possit do-  
dudum elapso, ad executionem sine metu attentatorum procedit, cere appell-  
licet appellans iusto impedimento, quo minus iudicem de re- lans, introdu-  
cepta appellatione, certiorare potuerit, detentus fuerit, quod to tempore  
quidem eum a poena *desertionis* excusat, non tamen operatur, appellatio-  
nem effe debi-  
vt iudex in poenam *attentatorum* incidisse dicatur, LANCEL. nem.

LOTT. de attent. P. II. c. 12. Limit. 14. n. 6.

## CAPUT II.

DE

### EXECVTIONE PENDENTE APPELLA- TIONE VALIDE VSCEPTA OB SVBTRACTVM APPELLATIONI EFFECTVM VSSEN- SIVVM.

#### §. I.

**R**egulam per compendium hoc in argomento praemit. Appellatio-  
tere, & paucis explicare, necessum fuit, vt eo feli- quandoque  
cius & facilius illud, quod ab ea recedit, & execu- caret effectu  
tionem, pendente appellatione, admittit, illustrare,  
atque debita diligentia ex jurisprudentiae penetalibus eruere  
possim. Hoc ipsum vero tunc potissimum contingit, quan- caret effectu  
do appellationi, quae iuxta regulam executionem quiescere fa- suspensivo.  
cit, extra ordinem subtractus est *effectus suspensus*, quippe  
quod ideo factum est, vt iudex *a quo* valide ad instantiam vi-  
ctoris, ad executionem progrederi queat. Neque vero hoc  
duntaxat *appellationi* accidit, vt quandoque effectus hic ei de-  
negetur: nonnunquam etiam idem fatum alia *remedias iuris*,  
vt *revisionis*, *supplicationis*, *restitutionis* in integrum fortun-  
tur;

16 CAP. II. DE EXECUTIONE PENDENTE APPELLAT.

Ad exemplum  
1) restitutio-  
nis in int̄e-  
grum.

tur, vt non impedian executionem. Etenim 1) restitutio-  
in integrum petitio praecepit contra rem iudicatam hic tribuitur  
effectus, vt omnia in pristino statu relinqui debeat, donec  
causa finita fuerit, vt traditur in l. vn. C. in integrum restitut.  
postulata, ne quid noui fiat, qua de causa etiam impeditur ex-  
ecutio rei iudicatae, aequo acsi appellatio interposita esset.  
l. 47. de Min. Aliquando tamen effectus hic eidem subtrahit-  
tur, & executio iudicati non suspenditur, vbi non tantum  
eius causa est actioris indaginis, sed praeterea ex coniecturis  
probabile iudici videtur, per calumniam meram & excogitatum  
malitiam hoc remedio reum executionem impedit, de quo iu-  
dex ex circumstantiis arbitrabitur, praestita etiam a viatore  
cautione idonea de re restituenda cum omni causa, si viator  
reformatoriam obtinuerit. Quocirca executio non differ-  
tur, nec exequendo attentatum committitur per c. 6. X. de in-  
integr. restitut. Etiam contra sententias camerale ex nouis causis  
concessa est restitutio cum effectu suspensu per ord. cam.  
P. III. tit. 51. non aliter tamen, quam si iudici camerae liqueat,  
eam non peti calumnioso, oder gefährlicher Weise, oder aus  
Ursachen, so vormalhs in Gerichts-Händeln angezogen, und  
deduciret werden sc. vt dicitur cit. l. alioquin executio haud  
impeditur. Conf. Dn. de LVDOLFE de iure Camerali p. 317.  
n. 63. Praeterea 2) revisioni Camerali admensus est effectus  
suspensius, exceptis causis religionem concernentibus per R.I.  
de a. 1654. S. 124. Sezen, ordnen, und wollen auch, daß gleichwohl  
der Effectus suspensius bey den gesuchten revisionibus wider die  
Cammer-Gerichts Urtheil ins Künftige aufgehoben, und nur al-  
lein devolutius statt finden soll, jedoch mit der Condition, daß  
die Parthey, vor welche die Sententia gesprochen, und von denen  
die Execution begehret wird, gnugsame Caution de restituendo  
auf dem Fall der Verlustigung der Sachen in derv Revision  
Gerichte, leisten soll. Causis religionum effectus suspensivus  
tandiu relictus est bis auf den Reichs-Convent man sich hier-  
über

VALIDE VSCEPTA OB SVBTRACTVM APPELLAT. 17

über ebenmäig vergleichen möchte. Qua de causa augustissimus Imperator CAROLVS VI. in capit. art. 17. promisit, daß er sothane reuisiones nicht allein nach aller Möglichkeit beschleunigen, sondern auch die reuiores durch gebührende mandata, so oft es vornüthen dazu annehmen, und denselben keinen effectum suspensuum zugestehen, noch gestatten wolle. Denique 3) <sup>sup</sup> 3) Supplicatio-  
plicationum in aula Caesarea receptarum effectus suspensiuus num, non sine  
ad hoc litigiosus est: a) quod intuitu huius remedii correctio haesitatione  
deficiat: b) in capitul. CAROLI VI. art. 17. diserte constitutum tamen.  
sit, das mit der in Reichs-Hof-Rath gebräuchlichen supplication nach Inhalt des instrum. pac. art. 5. I. quoad processum iudicium, und nach der Reichs-Hof-Raths-Ordnung allerdings verfahren werden solle. Nec tamen in his sanctionibus quidquam de admendo effectu suspensuo cautum videtur. Nihilominus tamen quia iuxta art. 5. I. P. §. 55. loco reuisionis in camera visitatae partibus grauatis a sententia in iudicio aulico lata ad Caesaream Maiestatem supplicare licet, & ita utriusque remedii eadem iura esse videntur, vt quod in illo nouiter constitutum, etiam ad hoc remedium applicandum esse videatur, testis est VFFENBACH. de senatu aulico cap. 23. p. 207. etiam effectum suspensuum supplicationibus denegari; de quo tamen dubitat Dn. DE LVDOLFI de iure camerali p. 338. in fine.

§. II. Etiam in appellationibus hoc ipsum contingere potest, vt quamvis non absolute reiectae sint, sed effectum de uolutuum meruerint, suspensuum tamen amiserint ex legum dispositione. Necesse id potissimum fuit in causis morante non ferentibus & appellationibus a decretis interimisticis ac prouisionibus, vt docet IO. PONTAS in dictionar. cas. conscient. voce appellatio tom. I. p. 68, in quibus veritati nullum fit praeiudicium, nec definitiue cauissa deciditur, sed interim pendente lite ex iusta causa aliquid decernitur in fauorem actoris, vel rei, cuius plenior effectus tamen a decisione cauissae principalis, & sic a futuro euentu dependet, quo intuitu cum interlocutoriis sententiis

C

sententiis

18 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

De iure ciu.  
omnis exula-  
bat appellatio-

tentiis equiparari solent ex opinione B. STRYKII de remedio interim. c. III. n. 72, sq. prout in sequentibus sigillatum expendum est. Evidem in causis moram non ferentibus omnem exulare appellationem, nec eam recipiendam esse, ius ciuale constituit, quod tales celerem expeditionem, non dilationem admittant. Ait PAVLVS in I. fin. de appell. recip. vel non: Si res dilationem non recipiat, non permittitur appellare, ne vel testamentum aperiatur, ne frumentum in usum militum in annone subidia contrahabatur, neve scriptus heres in possessionem inducatur.

Inde vero colligi posset his casibus omnem sublatam appellandi facultatem, non vero appellationibus tantum ademnum effectum sufficiunt. Quod etiam in quibusdam ordinat. provincialibus, v. c. Magdeburgensi. c. 47. §. 7. reperitum; in ordin. vero iudic. cameralis Berolin. tit. XII. §. 25. salua appellatione processus summarius surrogatus. Enimvero hoc modo rationes subducendas forent, si ex iuris Romani doctrina appellations unice aestimandas essent. Constat vero, & usus fori frequentior plerorumque locorum docet, processum magis ad iuris canonici, quod multa innovauit, principia accommodari, & ita, quod supra monui, processum iuris communis inde primario hauriendum esse. Iam vero conclamatum est, ius canonicum appellandi facultatem in infinitum dilatase ex

causis hierarchicis propriis, & appellationibus adeo sub colore defensionis fuisse, vt a quoquis grauamine etiam extra iudicati appellare liceat. Observat id ipsum B. de LYNCKER de gravam. extra iudic. c. II. §. 2. & 3. praemittitque, iura communia in iure romano & canonico querenda esse: ad haec tanquam anchoram sacram post DEI verbum confugiendum: sine canonum ac canonistarum doctrina magnum neminem evadisse, aut evadere. Deinde subiicit, in eo ius canonicum benignus esse, quod (fecit atque ius ciuale) a qualibet interlocutoria appellari concedat: hanc indulgentiam tamen lites immortales reddidisse, & enormem Papae dictaturam fulcire, subditos vero cum magno reipublicae damno

Non de iure  
canonico.

Quo larias  
patet appel-  
landi facultas.

si ambo  
etiam illo  
habeat non  
accidit sed  
accidit cum

damno facultatibus exhaustire & emergere. Haec si vera Cum summe sunt, opinio de praestantia iuris canonici, & eorum, qui studio reipubl eius incubuerunt, merito ad antiqui aucti commenta referri danno. debent, quo vnicum iurisperitorum praesidium in peruerso huius iuris communis studio quaerebatur: subsidia vero rei litterariae & antiquitatum penitus ignorabantur. Ceterum ipsa infinita appellandi licentia iure pontificio indulta ansam dedit, vt appellations in illis iuris articulis, in quibus *ius civile* illis aditum praecluserat, simplicem caussae *devolutionem* ad supraem tribunalia admitterent. *Suspensionem* vero execu-  
tionis negarent, id quod in antea adlati capitibus factum est. Admitti enim appellationem etiam in caussis moram non ferentibus docet *LANCELOTTVS de attent. P. II. c. 12, limit. 43.* ut tamen attentatum per executionem non committatur. Illustrat hoc idoneo exemplo *REVIVS P. III. de c. 163.* de caussa reparationis agerum, quae appellationem admittit, quoad effectum *devolutum*, non *suspensum*. Sic enim, ait, n. 14, in not. intelligendum est, quod de appellationis exclusione dicimus, ita enim etiam accipitur, in quo illud fundatur, quod in his, quae cum morae periculo coniuncta sunt, appellatio non habet locum, nempe quoad effectum *suspensum*, seu ad executionem retardandam: non vero ut appellans plane non audiatur. Hanc diuersitatem postquam ius canonicum introduxit, approbavitque, infinitis ta litigia an- litigii anfam dedit, quod appellantes grauiter resistere ex-  
ecutionibus, pendente appellatione susceptis: lites de *attenta-*  
*tis nouas mouere*, & *inhibitiones* iudicis superioris requirere soleant. Etenim ab eo decreto, quo iudex a quo executio- nem decernit, rursus interponi solet appellatio, tanquam a nouo grauamine etiam ad cameram Imperii, de quo Dn. DE effacitque *LVDOLFE de iure camerali p. 214. sq.* ita iudicat: *Sane si id fiat* ut ab execu-  
cum appellantis praeiudicio (vt iudici a quo a iudice interme-  
dio permittatur interim executio) is ritique a tali decreto appel-  
pare poterit, quia iniuriam parti iudex facere non debet. *Iniuria* fit,

*fit, si appellationis effectus restringitur. Ergo si a tali decreto ad cameram appellatur, caussae principalis discussio relinquetur iudici priori. In camera nulla alia siet cognitio, quam super ea quaestione, an caussa sit eius naturae, ut appellatio debeat habere effectum suspensuum?* Hoc rursus repetit p. 378. vnde liquet, nil tam certum liquidumque esse, quod non recipiat nouum ex appellatione obstaculum, praesertim cum articuli illi, in quibus appellationi admittit esse dicitur effectus suspensius, ab interpretibus tot limitationibus subiici soleant, vt fere ipsae regulae hic tradendae officium suum penitus perdant, semperque inquis litigantibus aditus ad impediendam executionem patet.

An ergo appellatio contra executionem seu ob negatum effectum suspensiu[m] suspensum suspendit executionem?

S. III. Praeliminarter itaque duae quaestiones sunt excutienda, quarum prima est vtrum appellatio a tali decreto, quo pendente appellatione ob admitem effectum suspensiu[m] executio decreta est, eam sifstat, habeatque effectum suspensiu[m]? Evidem palam est atque conclamatum, ab executione non admitti appellationem, l. 4. D. de appellat. l. 5. C. quas appell. non recip. c. 15. X. de sentent. adeoque, quia appellatio, si interponitur, contra iura interponitur, ea non recipienda vt plenius euincit LANCELLOTT. P. II. c. 12. limit. 53. n. 15. sqq. nisi forsan ante pronunciationem & commissionem de execundo oppositae, sed reiectae exceptiones forent, a quo decreto reiectionis appellatio interposta. IDEM cit. l. n. 38. Verum hoc sine dubio accipendum est de casu, quo sententia condemnatoria in rem iudicatam transiit, quo facto ad instantiam victoris terminus solet condemnato praefigi, inter quem satisfacere debeat iudicato sub poena executionis, alio termino indubie facienda. Talem casum vero quaestio adducta non tangit, quin potius presupponit, sententiam non transisse in rem iudicatam, interim tamen eidem sub poena executionis satisfaciendum, appellatione licet interposta, id quod cum per decretum appellanti necessario iniungendum, solent

solent ab eo vtplurimum appellare, quo retardent executionem. Equidem dubium non est, quin *inhibitione* a iudice superiori decreta ante executionem, haec regulariter suspensi debeat; vid. LANCELLOTT, *civ. l. limit. 6. n. 20. sqq.* SCACCIACIA *de appellat. c. XVII. limit. 4. n. 26.* ante eam vero iudicem non attentare crediderim, si non obstante etiam hac appellatione executionem fecerit, quatenus causa in se & sua natura ita comparata fuerit, ut suspensi effectus appellationi non cohaeret, quod tunc appellationis processus denegandi a iudice superiori, & ipsa appellatio talis friuola reiicienda sit. De hoc casu vtplurimum valet assertum BERNARDI *Lib. III. de consid. c. 3.* (ad quod prouocat IOH. PONTAS in *diction. cas. conscient. voce appellatio cas. 6.*) non est appellatio *suffugium*, sed *refugium*, sed antidotum versum est in *venerum*, qui enim non vere grauatus appellat, ut frequenter accidit, aut grauare intendit, aut tempus remittere. Hac de causa CLEMENS VIII. in *c. 5.* de appell. in *6.* in haec rescriptis verba: *cum appellationibus friuolis nec iustitia deferatur, nec sit a iudice deferendum, si index inferior appellationem minus legitimam non admittat, etiam appellatore nihilominus prosequente superior de ipsa cognoscens causam ad proximum iudicem sine difficultate remittat.* Verba ultima manifeste produnt, friuolam & irrationabilem a iudice inferiori negligi & reliqui posse, nec eam *suspendere* executionem & progressum causae, licet appellans constanter appellationi suaem inhaerent, eamque coram superiori introducere conetur. Hunc in finem iudex superior non adeo facilem se praebere, in *inhibitione* decernenda, sed ante omnia ab inferiori *relationem* requirere debet; quo facto, vtplurimum reficiet appellationem. Cum autem quae dici debeat friuola & irrationabilis arbitrio prudentis iudicis relinquendum sit ex iudicio MENOCHII *de arbit. iud. quaest. L. II. cas. 197.* consequens est, ab eo qualitatis causae praecipue rationem habendam, & ad fundamenta iam tradenda respiciendum, quae si palam denegant

22 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

effectum suspensuum appellacioni, etiam non habita ratione appellacionis a tali decreto, quo executio iniuncta, hanc per agere potest, sine formidine committendi attentatum. Rechte in thesi ait LANCELOTTVS de attent. P. II. c. 12. limit. 6. n. 18. quod si index videt, quod reus malitiose proponat appellacionem (vt plerumque in casu adducto fieri solet) & executionem differat, potest tunc appellantem repellere. Si vero causa dubiam habet qualitatem, & hoc intuitu contra executionem decretam appellatio interposita fuerit, merito interim desistendum, & superioris decisio in hoc puncto, super quo appellatum, expectanda, vtrum haec causa ita comparata sit, vt effectu careat suspensio. Conf. SCACC. de appell. c. XVII. limit. 10. n. 9. sqq. n. 14. vbi recte monet, leges fore latas verbis non rebus, si a tali mandato, quo ex qualitate causae, pendente appellacione executio decreta, cum pleno effectu appellare liceret.

Executio in his causis retractanda, si prior sententia reformatur.

§. IV. Altera obseruatio praeliminaris hoc reddit: quo effectu talis executio pendente appellacione fiat, & quid dicendum, si in iudicio appellacionis prior sententia reformata fuerit? Quod si prior sententia simpliciter confirmatur, plenum executio habebit effectum, cuius vigor interim ab eventu futurae sententiae peperit. Ast si praeter spem & cogitationem reformata prior sententia, executio facta quoque retractanda, non ex causa attenuati, quod hoc deest causa, sed ex prioris sententiae reformatione, quae omnem vigoriam amittit. Rechte hoc obseruauit LANCELOTTVS de attentari P. III. c. 24. n. 51. atque hoc modo rationes subduxit: quod si lata sententia pro data (a qua quoad effectum suspensium non licet appellare) si quoad deuolutium causa appellacionis sit commissa, & interim sit facta executio, licet dicta executio non revocetur, tunc per viam attentari, si tamen in secunda instantia feratur sententia contra dorem infirmatoria primae, tunc etiam ista executio revocatur. Quod ex eo prouenire dicendum, quia lata secunda sententia, (quae facit notorium) incipit constare de non-ure illius,

illius, qui obtinuerat executionem pendente appellatione. Et buc referri possunt omnes alii casus, in quibus executio fieri potest etiam pendente appellatione ex eo, quia illa licet deuoluat, tamen non suspendat, & in quibus lata postmodum sententia in fauorem appellantis, executio revocatur beneficio iniustitiae, & consequenter in omnibus casibus, in quibus attentata revocantur per sententiam latam in causa appellationis, & sic beneficio iniustitiae.

§. V. Cum itaque executio talis lata demum sententia confirmatoria plenum consequatur effectum, pendente appellatione vero incertum adhuc atque dubium sit, annon postea reuocanda, & omnia in priorem statum restituenda sint, non inique appellans ab appellato *cautionem* exigit, de re cum omnibus fructibus in casum retractandae sententiae restituenda. MEV. P. I. decif. 23. n. 7. LYNCKER de grauam. extraiud. c. VIII. §. 13. n. 5. Etenim 1) haec cautio etiam desideratur, quoties petitia restitutione interim fit executio, prout §. 2. dictum. Pariter 2) si petitur executio pendente *spplicatione* de iure communī, cautio quoque praefstanda per *authent. quae supplicatio. C. de precib. imper. offer.* BLAS. ALTIMAR de nullitate sentent. P. I. rubr. 1. p. 5. n. 69. MYNSING. 6. obs. 47. n. 9. Denique 3) etiam in Rec. imp. de a. 1654. §. 107, in causis carnibalibus appellatione interposita fieri potest executio, sed sub hac limitatione mit oder ohne caution, id quod ad similes casus, in quibus appellationi denegatus est effodus suspensus, etiam trahendum, cum disparitatis ratio doceri non posuit, & sicuti victori hoc casu per promptam executionem succurrendum esse constituerunt, ita appellanti quoque prospiciendum, ne obtenta postea reformatioria inanis ei retractatio executionis fiat. Quia tamen clausula adducta, mit oder ohne caution, non absolutam necessitatem praefstandi cautionem victori executionem vrgenti inungit, arbitrio iudicis prudentis relinquendum, an & quatenus cautio necessaria videatur. Etenim 1) merita causae intuenti facile apparebit, vtrum applicella.

Ergo non sine  
cautione exec-  
utio facien-  
da.

24 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

pellatio ex calumnia vel grauaminibus non adeo probabilibus, an vero ex causa probabili suscipiatur, adeoque ex *grauaminum qualitate* super cautionis necessitate statuendum. Quamuis enim priori casu appellatio simpliciter ut friuola reiici posse videatur, vt plurimum tamen iudex *a quo* consultius agit, si super receptione eius superiori iudicium relinquat, interim vero ex *qualitate caussae* executionem faciat. 2) Saepet etiam contingere potest, ut idoneam cautionem per *fideiiffos* vicit, qui executionem anxie urget, praestare non possit, quo casu, pro re nata, cautionem etiam *iuratoriam* admittere potest iudex prouidus, ut pluribus exornat GABRIEL ALVAREZ DE VALASCO de priuilegiis pauperum & miserab. personar. P. I. qu. 53. n. 25. & 26. quod aliquo fructu appellationi *effetus suspensi*us est subtractus; veluti si pauperi alimenta vel salario adiudicata, ut obseruat LYNNCKER cit. l. Imo ius canonicum in caufis, quae *iure ciuitatis* nullam admittunt appellationem, non absolute, sed *secundum quid* duntaxat admissit appellationem, ut interim nihilominus executio fieret; aut ergo ab appellatione desistere, aut si eius *beneficio* frui vult, taliter, qualis haberi potest, cautionem iuxta arbitrium iudicis tenetur admittere. Interim rarius actorem, qui executioni grauiter insitit, sine *cauzione* esse dimittendum existimo, quod rationes iuris antea adductae, reo faueant prospiciantque, & nisi praefetur, reo noua occasio executionem remorandi suspenditur, adeoque consultius agit vicit, si sponte statim eo in casu cautionem offert, vbi eam praestandam esse iudicat. Evidem 3) tunc cautionis petitio merito reiicienda videtur, si appareat ex *caussae qualitate*, ne quidem ab actore restituendum aliquid esse, si vel maxime in lite succumbat. Sic quandoque, lite pendente, prouisionaliter alimenta & expensae litis decernuntur, a quo decreto cum appellatur, appellatio talis, ceu mox indicandum est, *effetu suspensi*o destitutur, & sic nec cautio necessaria esse videtur. Quamuis enim a) praedi-

Imo cessat si  
nihil resti-  
tuendum est  
quemeunque  
exitum causa  
habeat.

iudicialis quaestio extra item non sit posita, vtrum decretis prouisionaliter alimentis cautio necessaria sit nec ne? adeo vt COVARR. præficit. resol. c. 6. n. 7. MOLINA de Hispanor. primogenit. L. II. c. 16. n. 41. sgg. BARBOSA ad l. I. P.I. D. solut. matrimon. n. 60. cum aliis arbitriati sint, etiam hoc casu cautionem esse necessariam, quod reus sit seruandus indemnus, & tum alimentum expensæ litis restitui debeant, reo postea absoluto;

Vel in decretis alimentis prouisionaliter.

merito tamen accedendum SVRDO lib. I. qu. 125. & CASTILLO A SOTO MAIOR lib. III. c. 27. n. 71. expensis & alimentis prouisionaliter decretis non esse locum restitutioni, si vel maxime in causa postea succumbat actor. Videlicet non aliter tale prouisionale decretum interponitur, quam si vrgens præsumtio pro actore militat, vt pote si de filiatione agitur eius, qui constante matrimonio natus, vel qui in possessione vel quasi filiationis hactenus fuit, quem tamen pater de domo *de facto* eicit: si de matrimonii validitate & dissolutione agitur, & vxor pendente lite prouisionale decretum petat. Sicuti enim ventris nomine immissa nihil restituit, si in bona fide fuit, seque credidit esse prægnantem; l. I. §. 7. D. si mulier ventr. nom. ita pariter, cui alimenta expensaeque litis per prouisionem interim assignantur, grauissimam pro se habere debet præsumptionem, ob quam, si vel maxime succumbat in lite principali, nihil restituit, vt cautio superflua esse videatur. Ceterum si  $\frac{1}{2}$  a hoc ipso decreto appellatur, ne sic quidem cautio est necessaria, quia si vel maxime decretum hoc in appellationis instantia reuocatur, nihil tamen appellatus restituit, cum prouisionalis decreei ea vis sit, vt interim sine mora executioni dari debeat. Conf.

TRENTACINQ. lib. I. variar. resol. tit. de alment. res. 1. n. 17. 18.

§. VI. Propius nunc accedo ad ipsum rei caput, & hanc regulam constituo; quae causae moram non admittunt, illae licet vel maxime de iure canonico appellabiles sunt, effectu tamen carent sufficiendo, nec executionem suffundunt. Huc primo loco refero decreta prouisionalia & intermissio[n]ia, vt vocantur, quae nihil

Causae moram non ferentes carent effectu sufficiendo.

D aliud

26 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

aliud fuit, quam *sententiae interlocutoride*, pendente lite principali vel impedimento aliquo obstante, in gratiam alterutrius ex litigantibus latae, super negotio moram non ferente, ut id interim, donec causa plene decisa fuerit, vel impedimentum remotum, obseruetur. Vid. STRYK de decreto interimis. c. i. n. 46.

Etenim (I) aequum est, ut reus actori egeno quandoque lite pendente *funtus litis* suppeditet, de quo argumento plenius agunt B. LUDOVICI de expensis litis actori a reo subministrandis. CASTELLO A SCOTO MAIOR lib. III. cap. 27. COVAR. cit. I. SVRDVS cit. I. qu. no. TRENTACINQ. cit. I.

Fundamentum totius causae desumitur ex I. 27. §. 3. de inoffic. testam. De inofficio testamento nepos contra patrum suum, vel alium scriptum heredem pro portione egerat & obtinerat: sed fortius heres appellauerat, placuit interim propter inopiam pupilli alimenta pro modo facultatum, quae per inofficio testamenti accusacionem pro parte ei vindicabantur, decerni, eaque ad ueriarium ei subministrare necesse habere, vsque ad finem litis. Peculiares singularesque hic occurrunt circumstantiae, quae ICrum mouebant, ut crederet, pendente appellatione, de causa principali actori egeno a reo, integrum hereditatem possidente, interim subministrandas esse expensis litis: tum quod ex prima sententia pro se haberet *inflissimae causae praeumptionem*, & sinistri eruentis in causa principali ab eo non adeo esset metuendus: tum quod egens bonisque omnibus destitutus esset; reus vero fructibus redditibusque hereditatis pascetur, litis expensas inde praestare, litemque protrahere posset; quae rationes ita sunt comparatae, ut ad casus alias similes ab interpretibus tracta haec sit dispositio. Ante omnia ergo requiritur: 1) ut actor labore inopia tali, vt expensis litis adhuc durantis, & a reo protractae soluere non possit; id quod iuramento eius, seruato arbitrio iudicis, committitur, ut alia probatione, quam interpretes ex mente IO. DE CASTILLO cit. I. n. 5. sqq. hic deferant, non sit opus. Qua de causa hoc *decretum prouisio-*

*nale*

nale definit ex post facto ob superuenientem bonorum abundantiam, unde expensas litis praestare queat; e contrario hoc beneficio dicitur indignus, qui propria sua culpa & dilapidatione ad incitas redactus est, vt ei sint res angustiae domi, ceu contra COVARR. euincit B. LUDOVIC. cit. l. §. 12. De hac limitatione tamen vel ideo dubito, quod cum actor iam in statu summae inopiae semel constitutus sit, vt vel gratis ei a iudice & aduocato officia quaeviis praestanda, vel aliunde ei expensae subministranda sint, ne sub duro paupertatis telo causa cadat. At vero aequum est, vt hoc casu potius ei subminifret expensas litis reus, qui bonis, de quibus litigatur, incumbit, quam iudex & aduocatus, qui extra partes hic possunt sunt, ei gratis seruant. 2) vt auctor de bonis a reo possedit item mouerit, quod vel ea vindicet in totum, vel pro parte, adeo vt si interim ob defecuum cautionis sequestro subiecta fuerint, inopis lites sumtus a sequestre praestari debeant. L. 7. vers. quod si, C. de ordinari cognitionib. 3) vt auctor pro se habet virgenteum praejunctionem iustae causae, veluti si iam in prima instantia, sententiam pro se obtinuerit, vel alias grauis prae sumtio pro eo militet vt ex cit. l. 7. liquet, adeo, vt quandoque statim in prima instantia tale decretum prouisionale peti, Quandoque & decerni queat. Quid enim, si de filiatione eius agitur, qui in prima instantia huic matrimonio editus, vel qui in possessione vel quasi decreto locus.

D 2 dignam

28 CAP. II. DE EXECUTIONE PENDENTE APPELLAT.

dignam commiserit caussam, (vid. CASTILLO cit. l. n. 69.) & heredi incumbit probatio contrarii, in qua si deficit, ad restituendam hereditatem condemnatur; interim tamen expensas litis cum alimentis exheredato praefare tenetur. ANDREAS FACHIN. lib. XII. c. 62.

Appellatio  
ab hoc decreto  
interposita ni-  
hilominus  
praestandi  
sunt litis sum-  
tus.

Quod de quo-  
vis remedio  
interimistico  
dicendum.

§. VII. Neque vero ab hoc *decreto prouisionali* appellatio quoad effectum *suspensuum* locum habet, sed tantum quoad *devolutium*, & executio huius decreti facienda, vt recte centet CASTILLO A SOTO MAIOR cit. l. n. vlt. Imo cum plures causae sint, in quibus prouisio interimistica locum habet, tum in *ecclesiasticis* tum *secularibus*, vt sigillatum per varia causarum genera monstratum iuit STRYK de *decreto interim.* c. 2. ad varia quoque argumenta doctrina haec de *executione pendente* appellatio facienda applicari potest. Recte enim B. STRYK, cit. l. c. 5. n. 2. sqq. appellationem a *decreto interimistico* non suspendere executionem ait, non tam quod hoc decretem vim *interlocutoriae* habeat, sed quod dilationem non recipiat. De *iure ciuiti* appellatio ex hac causa exulabat etiam quoad effectum *devolutium*, quem iure canonico demum accepit per cap. 12. X. de *appellat.* quo etiam appellatio ab *interlocutoris* admissa quoad vtrumque effectum. Hoc licet admittat STRYKIS in sententia *interlocutoria*, admittere tamen renuit in hoc decreto, quod tamen vim *interlocutionis* habere credit, vt uno posito, alterum quoque ponatur. Licet enim per Tridentinum concilium appellandi licentia a *simplici interlocutione* sit abolita sublataque, hoc tamen decretum plus quam *simplex interlocutio* grauat, & insigne caussae principali momentum adferit, vt fere in cauſa principali spem victoriae certam habeat, qui tale decretum obtinuit; ne dicam in foris protestantium, Tridentinorum exulare correctiones, & appellations secundum ius canonicum recipi, quatenus per ordinationes prouinciales nulla emendatio facta. Denique qui omnem appellationem hic abesse iubent, eam tamen a tali fidu-

*fiduciaria adiudicatione* concedunt, si non fiat ex causa necessaria, insigne incommodum contineat, aut si quid ex causa principali tangat, ut euentus litis intactus & illae fuisse nequeat iuxta REBVFE de sentent. prouision. art. 1. gl. 6. & in praef. n. 87. & 135. LYNCKERVM de grauam. extraiud. cap. 3. P. 2. sent. 1. in f. §. 17. quarum vna alteraque ratio ab appellante semper fere allegari potest.

§. II. Alimentorum quoque causa (II) ita comparata 2) In decreto est ut dilatationem nullam ferat, adeoque ut plurimum dene- de alimentis gari solet effectus suspensus appellationi in ea interpositae, de praefandis quo argumento plenus consulendi IO. DEL CASTILLO SO- cessat effectus TO MAIOR tom. VII. c. 8. CAROLVS DE MEAN P. III. obf. 361. SCACCIA de appellat. qu. 17. lim. 7. LANCELOTTVS de attent. c. 12. p. 2. lim. 24. TRENTACINQ. cit. ref. 1. SVRD. de alim. tit. 8. priuile. 60. COLER. de alim. lib. 3. e. 25. Dn. DE LV- DOLFF de iure camer. p. 209. & 391. ELAS. ALTIMARVS de nul- litate sentent. P. I. qu. 4. n. 9. sqq. & alii plures a IO. DEL CA- STILLO cit. 1. adducti. Circa hunc articulum tamen varie distingunt, quae distinctiones ante omnia ponderandae. Vi- delicet 1) distingunt, inter alimenta praeterita & futura; in turis intelligendum. Quod de fu- illis appellationi, quoad utrumque effectum, recte locum con- cedunt, quod hacten non tam alimenta, quam debitum simplex residuum conferri debeat, & dilatationem eo facilius amittant, quod de futuris magis, quam de praeteritis vivatur. Saepe contingit, ut qui residua petit alimenta, ea non petat suo iure, sed iure defunctorum, cui praefenda erant, per plures annos tamen haud soluta, veluti filia ad alimenta matri defunctae debita agente: respectu cuius non amplius sunt alimenta, sed magis simplex debitum hereditarium, & ita nil obstat, quo minus appellatione cum pleno effectu condemnato indulgenda sit. Di- versa est ratio futurorum, quae moram non habent, cum praesenti sustentationi destinata sint, adeo, ut condemnatus ap- pellans non audiatur, nisi prius soluerit alimenta, ex quibus,

30 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

h. e. quae a tempore motae litis debentur,

An distinguui debeat inter alimenta officio iudicis & iure actionis debita?

pendente appellatione, alendus, & appellationi debito modo se opponere potest. Dici autem *futura* censet SYRDVS cit. I. n. 15. quae a tempore litis contestatae debentur, & ita ab hoc tempore, appellatione interposta, faciendam executionem. Rectius me iudice a tempore *motaे litis*, vt CAROLVS DE MEAN cit. I. §. 20. opinatur, quod qui agit de alimentis praestandis, ea petere censeatur statim ab hoc tempore *in futurum*, vt executio ad hunc terminum dirigenda sit. *Litis contestatae* terminum, qui constituant, erronee supponunt, litis verum initium ab eo deriuandum, quod ipsi *litis pendentiae* repugnat, quam ius canonicum recentius *citationi* attribuit, quae initio litis motae interponitur, per *lement.* vlt. vt *litis pend.*

§. IX. Praeterea 2) distinguunt inter alimenta, quae debentur *officio iudicis*, & quae *iure actionis* praestanda, vt in illis quidem, non acque in his effectus *seissenstus* deficiat ex doctrina LANCELLOTTI cit. lim. 24. n. 7. Dicuntur autem deberi alimenta *officio iudicis*, quae ex *charitate sanguinis*, *pia-* *tis*, aut *causa miserationis*, vel ex *iure prouisionis* *praefienda*. Talia debentur *vltro genitis* a primogenitis: filiabus & sororibus ex feudo in defectu aliorum bonorum: sorori egenae, quae alter se tueri nequit, ex bonis fratris locupletis: domino ad incitas redacto, ex feudo: patrono ecclesiastico, ex redditibus ecclesiae: debitori incarceratedo, ex facultatibus creditorum cet. Per *prouisionale* decretum alimenta principali causa pendent decernuntur vxori ex bonis mariti, ad diuortium agentis, vel matrimonium negantis, si pro contracto matrimonio militat grauissima praefumtio, adeo vt iudex saecularis, qui de causa matrimonii ipsius principaliter non cognoscit, in illis decernendis competens sit, vt recte statuit I.O. DEL CASTILLO lib. VIII. c. 7. n. 20. & sic in summis Imperii tribunalibus de iis decerni queat. Sicut enim causa horum alimentorum *summarie* peragenda est, remotis quibuscumque ambagi- bus; ita *officio iudicis* deberi dicuntur, quod huiusmodi reme- dia

VALIDE SUSCEPTA OB SVBTRACTVM APPELLAT. 31

dia simplices *implorations officii iudicis* dici soleant. Iure Quæ dicantur actionis autem deberi dicuntur ex sententia CAROLI DE tur deberi ius MEAN cit. obs. 361. §. 23. cum surrogantur in locum legitimæ, re actionis? quæ liberis praeflanta, si vel maxime altunde se exhiberi queant. Id quod sine dubio intelligit de his, quæ a successione bonorum paternorum, vel spontanea renunciatione, vel statuto exclusæ, quæ prouisione alimentaria, quam *dotem* vulgo vocant, contentæ esse iubentur. Quo respectu autem haec alimenta iure actionis debita dicantur, obseurum est, nec prae laudatus auctor explicat. Alii rectius censem, ex iure actionis debita esse alimenta, quæ ex *contractu*, *transactione*, vel *legato* debentur, quod eo casu, ex ipsa causa, unde praeflanta sunt, *actio ordinaria* formetur, principaliter, & processu ordinario peragenda. Quod si is, cui ex *lege* debentur alimenta h. e. *officio iudicis*, eadem in contractuum deduxerit, vindendum esse censet 10. DEL CASTILLO L. VIII. c. 8. n. 18. utrum contractus celebratus fuerit, animo nouandi priorem obligationem expresse declarato, l. f. C. de nouat. nec ne? Illo casu *officium iudicis* penitus evanescere, & superesse tantum ius actionis ex contractu, & ita priuilegia omnia extingui prorsus arbitratur, addendo, sententiam super his alimentis latam, per appellationem adeo suspendi, ut iudex executionem decernens & suscipiens vim & attentatum facere dicatur. Hoc vero casu causa alimentorum primordialis salua & intacta manet, eique nouum tantum accedit fulerum corroboratio-nis causa, adeoque, pergit, IDEM cit. l. officium iudicis ad alimenta integraliter, & in suo esse remaneat, retinetque suam propriam naturam, quæ praeualeat & attenditur, tanquam causa originalis, primordialis & qualitas naturalis. Me iudice, solidi vindictu defitui fundamento haec ab initio huius §. adlata distinctione, ut iam obseruatum a COLERO lib. III. c. 15. n. 2. & CAROLO REFLICITUR di- DE MEAN cit. l. n. 23. cum causa alimentorum sua natura ita sincero addu- comparata sit, ut eius praestatio suspendi, & per circuitus spi- etz. nofos

nosos & luctuosos tardari non debeatur, adeo, ut eius causa *summaria* maneat, si vel maxime ex legato vel contractu indigentibus praesertim debeantur. Hanc obseruationem quoque suam fecit BRVNUS in proc. civ. c. 28. n. 17. & ex eo repetiit Dn. de LVDOLFF in iur. Camer. p. 209. n. 16. Vterque vero distinguedum potius esse affirmat inter effectum *deuotiuum* & *suspensiuum*, vt quoad illum quidem utroque casu, non vero quoad hunc appellatio locum habere debeat. Eandem quoque distinctionem reicit LYNNCKER de grauam, extraiud. p. 496. addit tamen modo aliqua sit probabilitas, quod ea actori debeantur. Haec tamen semper adebet, si reus ad ea soluenda condemnatus est causa cognita. Quare si vel maxime a sententi tali ad *suprema tribunalia imperii* appellatio interposita effet, executio a iudice a quo haud differenda foret, cum *inhibitio* haud metuenda, vel si per sub & obreptionem imperata fuerit, iudex inferior iustissimas adferre possit causas, quibus modum procedendi ab omni *attentato* sufficienter purgare poterit. Neque forsitan hic obiectio metuenda, quod in honorem supremi huius tribunalis, quod *maiestate imperii* praefulget, defistendum sit ab *executione*, nec cum aliis iudiciis, ad quae appellatur, ob singularem, quae ei debetur, venerationem, conferri debeat. Conclamatum enim est, etiam haec tribunalia ad tramitem *iuris ordinarii* esse alligata, nec in eo eius *maiestatem imperii* laedi, quod, iustitia suffragante, & aequitate suadente, factum suscepimusque est a iudice a quo; adeoque Dn. de LVDOLFF cit. l. intuitu *Camerae* in hoc iuris articulo, idem ius, non diuersum agnoscit, & rursus p. 391. fatetur, processus appellationum decerni, sed *inhibitionem* denegari, quod effectus *suspensiuum* exulet.

S. X. Denique (3) multum refert, vtrum alimenta adjudicata *pauperi* an *diuti*? Evidem si iure *prouisionis* alimenta decernuntur, regulariter ob *indigentiam* imploranti adjudicantur, vt obseruat de *VALASCO* de iure & priuilegio *pauperi*.

P. I.

Suspenditur  
tamen execu-  
tio, si diuiti  
alimenta ad  
judicata

P. I. qu. 39. n. 63. sgg. vel ad minimum prouisionaliter is ad ea soluenda condemnatur, qui ex iure sanguinis vel lege charitatis ad ea obstrictus est, adeo ut non modo non assignata prouisionaliter obstante, quod petens alimenta, v.c. vxor, marito ad diuortium agente, aliunde se exhibere queat, maritus ei pendente lite alimenta praestare debeat, si vel maxime a decreto interimistico appellauerit, quod generatim his decretis sit effectus suspensiū denegatus. REBVFF. de sent. prouis. art. 1. gl. 1. n. 23. Eoimvero si ex contractu, pacto renunciatio, vel dotali aut legato alimenta petantur, & ita principaliter de iis conditatur, appellationi tantum denegandus effectus suspensiū intuitu indigentium, quia in diuite cessat ratio principalis, propter quam alimenta celeritatem requirunt, ut aī recte DEL CASTILLO cit. e.g. lib. 8. n. 15. consentiente COLOERO lib. III. c. 15. n. 1. & 3. Neque enim abundans facultatibus allegare potest, sustentatione vitae se hoc modo priuari, debitumque alimento rum nullam admittere moram, quod omnino moram respe-ctu eius admittit, qui eis non indiget. Ergo hoc intuitu ali- quid refert, vtrum officio iudicis an iure actionis alimenta pe- tantur? Extra ordinem quoque α) contingere potest, vt ali- Quid si iudex menta iure fiduciario decreta secundum quid admittant effectum modum in ali- suspensiū, si iudex modum alimentorum excessit, quo casu mentis exce- iudex superior recipere quidem potest appellationem, mode- ratis tamen statim alimentis ad quantitatem intra terminos aequitatis stantem, vsque ad quam tantum interim fieri de- beat executio, & ita quoque inhibitio vltra illam quantitatem decernitur, vt eruditus obseruat CAROL. de MEAN tom. III. obs. 301. n. 18. & 19. veluti si iudex inferior alimenta iure prouisio- nis, vltra quantitatem pacto familiae determinatam, quam au- gere in dubio non potuit, adiudicasset, vel stupratae vltra modum statuto determinatum. Quod enim modum excedit, in eo interim executio suspendenda, & inhibitio decernenda. Pariter β) alimentis semel decretis per decretum, quod in Quid si postea rem agatur de au-

34 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

gendifis vel  
minuendis  
alimentis?

rem iudicatam transfit, si possea agatur de augendis vel minuendis alimentis ex superueniente iusta causa, appellatio a decreto, quo diminuta sunt alimenta, interposita, vtrumque admittit effectum, quod appellans in possessione alimentorum sit constitutus, cuius fructu pendente appellatione haud priuandus est. Enimvero si de augmento alimentorum ab indigente actum, illudque per sententiam adjudicatum, idem hic quoque dicendum de augmento alimentorum, quod in genere de ipsis alimentis antea obseruatum est, consentiente DEL CA.  
STILLO cit. I. n. 19.

Obseruandum  
quoque vtrum  
revera decre-  
tum fuerit  
prouisionale  
ad definiti-  
vum.

§. XI. Praeterea (y) tum circa alimenta, tum circa ea, quae alias prouisionaliter decerni dicuntur, animaduertendum, vtrum decretum re vera prouisionale; an vero magis definiti- um fuerit, quod in effectu ipsam terminet, & definit latitem, licet sub colore prouisionis tantum latum videatur. Non sufficit, sub hoc colore aliquid decernere, quod ipsam causam principalem simul decidat: vt pote si super rescissione contractus agitur, veluti locationis, nondum finita locatione, contra contractum prouisionaliter nihil decerni potest, quia sic contraactus rescinderetur cum summo alterius praeiudicio, pro quo interim in dubio pronuntiandum, vt recte ait M.E.V. P. I. decis. n. 12, docetque, sub quibus cautionibus interim fiduciarium decretum ferri queat. Alio exemplo idem illustrat CAROL. DE MEAN tom. I. obs. 22. additique n. 1. satis acute, iudicem facere non posse, vt sententia sit prouisionalis, quae magis definit causam, nec ad fiduciarium decretum interposita est. Secus si factum, iudex superior recte inhibitionem decernit contra imminentem executionem, vel eam factam restitu mandat ex causa attentatorum.

§. XII. Similem quoque cum alimentis fauorem habent aliae causae, in quibus etiam appellationi interpositae effectus suspensius denegatus est ex interpretum sententia, quae examinari merentur. Huc sine dubio (III) recte referuntur

MERCE-

3) In causa  
mercedis.

mercedes famulorum, vel aliis pro opera praeflita debitae, quorum etiam honoraria praceptoribus, aduocatis, alisque debita & *salaria* pertinent. Sunt enim *salaria*, *honoraria*, & mercedes alimentorum instar, vnde, aequa ac de alimentis, vivitur adeoque moram nullam admittunt. Vid. VALASC. de iure & priuilegiis pauper. P. I. qu. 50. n. 22. sqq. Pari ratione *salariorum* caussae inhibitionem respiciunt, quae, vt loquitur LYNCKER de grauam. extra iudic. c. VIII. §. 13. virtualiter & consecutivae caussis alimentorum accedunt ut, pendente appellatione, executio valide & sine formidine attentati fieri possit. Optime IACOB. GOTHOFREDI de *salar.* c. XIII. §. 3. hoc dogma calculo suo approbat, & executio, ait, ob eundem fauorem in causa *salarii* & mercedis retardari non debet, & regulariter ad exemplum alimentorum non obstante appellatione facienda est executio sententiae, qua quis ad solvendum *salariorum* condemnatur. Duas vero annexit conditiones: α) si *salarium* est modicum, quod ex ratione personae & conditionis eius, qui *salarium* petit, aestimandum. Hoc si iudex in *salario* dubio huc tendit, vt interim ad minimum executio *salarium* determinandum quid facienda sit, aequa vt in alimentis, si *salarium* tanto modum excedat, l. i. §. 10. D. de extraord. cognit. & ita inhibitionem non existat ratione excessus fiat, veluti si *salarium* haud fuit conuentum, & index in eius determinatione modum excessit; tunc enim in aliqua parte executio tantum permittitur, salua appellatione. LANFRANC. ZACHIAS de *salar.* qu. 107. n. 13. Nec diu eius β) Si *salarii* solvendi dies vel dum cessit, vel non diu cessit. *Salarium* praeteriti non idem fauor esse videtur, nisi forsitan pauorum auctorum proximorum tempore motae litis, quod vt plurimum ubi de *salario* & mercede agitur, dies eius iam cessit, & de mercede futura commode tantum agi nequeat. ZACHIAS tit. l. n. 14. γ) Si propter inopiam eius, qui inde alienus, petitur. Mercenarii & famuli prae sumuntur pauperes, indigent. Et *salararius* quod ex sudore vultus sui vivere debeant, & in genere, qui pro mercede serviant, vt ait MEV. P. VIII. des. 408. n. 2. De

36 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

salariis pastoribus ecclesiae debitibus idem asserit MEV. P. IV.  
dec. 134 si inter ipsos & patronos aut parochianos desuper  
contruersia mota. Sunt eiusmodi *salaria*, ait, *alimenta ministrantium*, *super quibus appellatio executionem non suspendit*. Conf.  
DEL CASTILLO cit. l. n. 22. De causa *salarii*, aduocatis pro-  
curatoribus aliisque debiti, idem sine dubio dicendum ex  
sententia LANFRANCI ZACHIAE de *salari*. qu. 107, n. 5. qui  
tamen addit n. 7. sq. in curia Romana ex constitutione LEONIS X. non distingui, *vtrum* *salarium pauperi* an *diuti debatur*, sed simpliciter hoc *priuilegium salario* *datum esse*, ut  
non admittat effectum suspensum. Nec ab hac sententia  
recedendum esse arbitror. In hoc enim maiorem adhuc fa-  
vorem merentur *mercedes* & *salaria* *prae alimentis*, quod haec  
*simplicer*, non intuitu *laborum* *praestentur*; haec vero *pro officio & labore* *peracto* *debeantur*, & adhuc magis debita sint,  
fauoremque ex ipsis verbi diuini *praescripto* habeant, adeo-  
que etiam de his *extra ordinem* apud Romanos auctum sit. l. i.  
D. de extraord. cognit. Praeterea supra dictis conditionibus  
addi potest, d) si agens de *salario* in prima *instantia* obtinuit.  
Qui in prima instantia succubuit, in secunda vero reformato-  
riam meruit, a qua rursus appellatio a reo interponitur, hac  
pendente, *executionem fiduciariam* petere nequit, quod aequalitas  
in iudicio sit feruanda, & ex prima sententia praesumptio con-  
tra aetorem militet. e) *Si omnia legitime in lite peracta*. Vbi  
sententia in causa *salarii* manifestis ex argumentis nulla est, vel  
notorie *injusta*, mox *inhibitio*, qua cursus *executionis* sibi pot-  
est decernitur, obseruante ZACHIA cit. l. n. 18. quod tamen  
non facile praesumendum.

Quomodo  
procedendum  
circa execu-  
tionem mer-  
cedis ex pre-  
cedis loca-  
tione debita?

§. XIII. Si merces debeatur ex *locatione* *praediorum*, il-  
la quidem aequalem fauorem cum mercede famulorum &  
mercennariorum non meretur, adeoque condemnato plerum-  
que appellatio patet, quoad *vtrumque* effectum. Nonnun-  
quam tamen etiam in hac caussa iuste denegari potest effectus  
*suspensus*.

VALIDE VSCEPTA OB SVBTRACTVM APPELLAT.<sup>37</sup>

*suspensius.* Si enim merces est ex contra*ctu liquida*, animaduertendum, vtrum exceptio legitima objecta rejecta, an admissa fuerit? Priori casu videndum, vtrum *altioris indaginis* sit nec ne? Si *plana* est, & ex actis *liquida*, inhibitioni mox locus est ad retardandam executionem. *Vbi vero*, ait MEV. P. IV. dec. 144. n. 4. *altioris indaginis est, tunc quidem admittatur appellatio, sed non aliter, quam quoad effectum devolutum, minime vero quoad suspensuum.* Rationes eius sunt: 1) quod liquidum per obiectionem illiquidus differri non debat: 2) quod mercedis pro rebus locatis solutio valde fauorabilis, & contra retentio odiosa sit: 3) quod celeriorem expeditionem hoc genus caussarum mereatur: 4) quod ob mercedem processui executiuo locus sit: 5) quod per alium modum, satisfactione scilicet, in casum victoriae appellanti cautum esse possit, & sicuti hoc modo illi consuluntur, ita interim debita merces non deneganda. *Huic sententiae eo magis calculum meum adiicio, quod ut plurimum conductores iniquissimi de mercede inanem mouere soleant item, vt, illa pendente, a solutione eius se liberent, redditus tamen percipient; & quia malitiis haud indulgendum 1.38. D. de rei vindic. aequissimum est, ut tali casu nec executio differatur, nec a iudice superiori *inhibitio* decernatur.* Hanc vnicce conductores iniquissimi sollicitare solent, vt interim ex re conducta fractus suos facere, & locatorem tandem spe mercedem percipiendi defraudare queant. Denique si non est reiecta exceptio, sed interim per sententiam solutio mercedis iniuncta, ea prouisionalis censenda potius, quam definitiva, nec rursus retardanda executio, interposita licet appellatione, prout ex antecedentibus liquet. *Hoc casu enim rursus recurrent ea principia, quae decreto huic prouisionali locum facere queunt iuxta MEV. P. I. decif. 23, scilicet si a) causa mercedis est liquida, & paratam executionem meretur: b) tales exceptiones hic non proferuntur, (quod suppono) quae ipsi executioni*

38 CAP. II. DE EXECUTIONE PENDENTE APPELLAT.

opponi queunt, & eam suspendunt: γ) satisatio offertur: δ) sic prouidere necesse est ex aequitate concurrente, ne malitiae conductorum succurratur.

4) Causa doris  
an recte hue  
referatur?

§. XIV. In hunc censum (IV) etiam communiter referunt causam *doris*, quae ut plurimum a ICcis censetur *pia*, & ideo omnia priuilegia, quae *pis caussis* tribuantur, ad eam extendunt, ex sententia MEV. P. VIII. dec. 73. n. 2. & LYNCKEI de gravam, extrauid. c. VIII. §. 13. Inde vero concludunt, sententiam, quae pro dote lata est, admittere quidem appellatio interposta *efficiam devolutium*, sed non *suspensuum*, utpote si pater denegaverit dotem haud promissum, eam tamen iudex determinauerit, ex qualitate & facultatibus patris, patremque ad eam soluendam condemnauerit. Evidem SCACCIA de appell. qu. 17. limit. 8. n. 3. omnem plane appellationem in causa *doris* excludit, sub praetextu *qualitatis piae*, quae ei inhaerere creditur, quod pugnat aperte cum l.f. C. de sentent. quae sine cert. quant. Pugnat etiam cum ratione iuris, quae causam *doris* fauorabilem quidem constituit, sed non aequa *piam*, vt ad iura *caussarum piarum* simpliciter debeat componi. Quae in uno vel altero conueniunt, haud sunt eadem, adeoque interposta appellatio habebit indubie efficiam *devolutium*, ut recte SVRDVS de alim. tit. 8. priuil. 60. n. 67. An etiam *suspensuum*? Negant hoc ut plurimum interpres exemplo SVRDI cit. l. GRATIANI c. 665. n. 1. 10. DEL CASTILLO cit. l. n. 21. aliorumque, quod potissimum inde originem traxit: α) quod *dos* etiam debeatur *puellis professis*, & filiabus iudeorum *conuersis*, quae *pietatem* habere creduntur, quod generatim, sine iudicio tamen, applicuerunt ad quicunque dotem: β) quod ab *alimentis* ad *dotem* trahunt argumentum, inani tamen prorsus conatu, quod vtriusque sit diuersa ratio *caussa finalis & indoles*: γ) quod causae *doris* in iure Romano *fauorem* habere dicantur; quod tamen rursus minime eo trahendum, vt noua iura singularia doti

doti tribuantur, praeter ea, quae ius commune ei assignauit. Vnde DE VALASCO de priuile. pauper. P. I. qu. 50. n. 10. constituit, appellationem etiam in cauſa dotis non excludi quo ad vtrumque effectum, si nulla adſit ratio celeritatis. Quodſi enim haec adſit & femina præſumptione iuriſ munita, per decretum fiduciariū interim loco dotis, ſaluo rei iure, atri ci quid adiudicare poſſe non dubitatur. Extra hunc caſum exē- cutio ſententias differenda, quod cauſa haec de iure com- muni appellabilis ſit, & nullib[us] ei subtractus effectus fufpenſi- uus, niſi per inania ICtorum commenta.

S. XV. In parem cenfum (V) cum alimentis referant charitatium ſubſidium & pensiones indigentibus clericis assignataſ pro alimenſis. Illud quandoque debetur Episcopis aliis que praelatis indigentibus, & in neceſſitate conſtitutis, c. 16. X. de offic. iud. ordin. in f. c. 6. & 7. de cenſib. clement. vnic. de excess. prael. ad quam tributi ſpeciem clerici & monachi inui- ti cogi poſſunt per cenfuram ecclesiasticas. VALASCO de iur. & priuileg. pauperum P. I. qu. 38. n. 27. ſqq. Si contra eius exē- cutiōnem, quod fieri poſteſt, appellatum, appellationi huic itidem effectum fufpensiū ſubtrahunt interpretes, quod pro ſuſtentatione neceſſaria & alimentis debeatuer epifcopo, vt IDEM cit. l. n. 30. obſeruat. Sed eaedem ſine dubio praecautiones, quae in alimentis, hic obſeruandae, cum ple- rumque ab excessu nimio appellari ſoleat, pensiones quoque ſolu- tantur ad ſuſtentationem vitae neceſſariam ei, cui aſſignatae. Sunt enim annus quantitas ex beneficio pinguioris reditibus a be- neficiato alteri debita, auſtoritate pontificis vel alterius ſuperioris, id quod fit tum per refervationem in ipſa forſtan reſignatione, tuum per impoſitionem. Generatim vero certum eſt, pensiones pro alimentis ſuppeditanis imponi vel refervari, adeoque ali- mentorum rationem habent, eorumque iure aſſumptiuntur. CARD. DE LVCA de pension. diſc. 9. n. 11. PETRVS LEVREN in foro benef. P. III. qu. 438. n. 2. Ut vero co promtius ſoluantur, exe- cutor,

<sup>5)</sup> Caufa cha-  
ritatiui ſubſi-  
dii.

Et pensionum  
indigentibus  
clericis ſol-  
vendarum.

40 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

cutor, qui vrgeat beneficiatum ad eas soluendas, constituitur, qui *executus* statim per mandata procedit, a quo non admittunt appellationem suspensiua. LEVREN. cit. l. qu. 589. n. 5. VALASCO cit. l. n. 31. & qu. 50. n. 23. PETRVS SVRDVS tit. 8. qu. 60. n. 9. GARCIA de beneficiis p. I. c. 5. n. 570. Unde, si vel maxime commissio appellationis interpositae nomine decernatur, non aliter tamen decernitur, quam sub clausula: *sine praeiudicio legitimae executionis*, teste GARCIA cit. l. n. 570. quae operatur, vt commissio appellationis minime impedit, quo minus executor datus ad executionem procedere queat. IDEM n. 537.

6) Causa decimae ex mente & iuris canonici scitis, ad sustentationem clericorum destinatae, adeo ut siasticarum. PASCHALIS II. in contentione cum HENRICO V. de *inuestitura per annulum & baculum* constituerit, episcopos, dimissis feudis regalibus, de oblationibus fidelium & decimis in posterum vivere debere, teste DODECHINO in append. ad MARIAN SCOTVM ad an. 110, apud Pistorium tom. I. p. 668 sq. edit. nouiss. Aegre itaque in causa decimarum appellatio recipitur, c. 26. X. de decimis. vel si admittitur, ad effectum duntaxat devolutium non sufficiunt eam admitti censuerunt, obseruantibus CAROLO DE MEAN in iure ciu. Leod. obs. 716, n. 5. SCACCIA de appellat. qu. 17. lim. 28. n. 5. Non aliter igitur appellans ad appellationem admittitur, quam si interim decimas soluerit. MEVIVS P. o. dec. 394. n. 5. MEAN cit. l. Id quod tamen duntaxat ad eas pertinet decimas, quae a) a parochis fundatam intentionem habentibus petuntur: b) quatenus de modo decimas exigendi agitur, ipsum ius decimarum autem in dubium non vocatur. e. 26. cit. Etenim id accipi nequit de decimis secularibus vel saecularis, quae prsecum finem & usum amiserunt, nec amplius sustentationi clericorum inseruiunt, obseruante MEVIO cit. l. & P. o. decis. 67. sed ad patrimonium priuatum pertinent, & ita quoad utrumque effectum appellabiles

biles sunt. Hoc etiam dicendum, si de ipso iure decimandi disceptatur, quod contra parochum obiecta sit exceptio immunitatis, quia talis caussa ipsum ius decimandi tangit, quod ante omnia plene exutiendum. LYNCKER de grauamine extraiud. c. 8. §. 3. n. 3.

§. XVII. Transitum facio (VII) ad alias varii generis <sup>7)</sup> Aliae causae caussas, in quibus mora plerumque cum summo alterius praemoram non iudicio coniuncta est, quaeque ex natura sua de iure ciuili apperentes. pellationem respuant penitus, de iure canonico autem admittunt secundum quid, h. e. duntaxat quoad effectum deuolutium. Huc referuntur <sup>a)</sup> caussae aggerum reparandorum, quod Ut aggerum M.E.V. p. 3. decif. 103. ex principiis iuris canonici deduxit, vt iam supra §. II. declaratum est. <sup>b)</sup> Caussae aedificiorum, maxime si de iis residiendis conseruandisque agitur, quippe quod aedificiorum celerem executionem desiderat, decus urbium concornit, & ita cum commmodo publico conjunctum est. De iure communi his caassis non simpliciter appellandi licentia ademta, sed modus ei duntaxat impositus in l. 12. §. 7. C. de aedif. priua- tis, quod, qui vietrem meruit sententiam, appellantoris praetextu fatales dies expectare non cogatur, & ex hac frustratione nouarum & aedificationis interruptione volupatem capiat aduersarius, viator autem insigne damnum. Cautum itaque, vt non obseruato legitimo introducenda appellantoris tempore, vicitur statim possit adire iudicem appellantoris; hic vero aduocato ex more aduersario terminum rei controveneret facere, & ita leuato velo caussam definire, vt omni mora absissa legitimus liti finis imponatur. Hoc modo sanctio haec praecauere voluit, ne hyeme, si ita acciderit, praesente vel imminentे, dum longos appellantorum dies statos expectare cogitur is, qui iniuste ab incep- to aedificio prohibitus est, damno intolerabilitate sustineat, quod ferendum non est. Inde vero rursus planum manifestumque est, ius ciuile, etiam in caassis aedificiorum, quandoque admissa appellantem ex caussa probabili, nec tali appellantioni

vinquam subtraxisse effectum suspensuum, quin potius, illa recepta, hunc quoque admissum fuisse. Ast vero id magis pertinuisse videtur ad exfrustationem nouarum aedium, quae citius adhuc moram ferunt, quam reparatio & conservatio illarum, quae ruinam minantur, vt obseruat ME V. P. III. dec. 378. Si de hac agitur, ne necessariae refectiones impediantur, non admittenda appellatio, vel ad minimum denegandus ei effectus suspensius, ut IDEM P. I. dec. 109, ab init. & LYNCKER de grauam, extrauid. c. 6. §. 9. n. 3. & resp. XIX. n. 25. obseruant, quod ME VIVS etiam de iure patrio testatur ad ius Lub. P. 3. tit. 12. art. 15. n. 26. sicuti etiam per priuilegium CAROLI V. Hamburgi in caussis, die Gebäude der Stadt belangen, appellandi licentia praeclosa. vid. Stat. Hamburg. p. 402. inf. Siergo in causatione noui operis appellatio est interposita, non absolute ea reiicitur teste FRIDERO lib. II. de mand. c. 31. n. 7. sed videndum, utrum is, cui nunciatur, ideo, quod reiecta cautione nunciationis vigor confirmatus, appellauerit, an vero nuncians? Illo casu pendente appellatione, desistendum ab aedificatione, cum iudex iuslām reisciendi caussam habuisse censeatur. Nunciant autem appellante, quod nunciatione temere facta remissa, oblata idonea cautione, aedificandi licentia alteri, non obstante appellatione, est concedenda, adeoque effectum suspensuum amittit, quod sententia lata pro aedificante operetur pro eo prae sumptionem, nunciationem vero friuolam minusque fundatam ostendat, ob quam non suspendenda aedificatio, obseruante ME V. P. II. dec. 179. n. 2. sqq. Quae autem desiderentur, vt iudex cautionem post nunciationem a nunciato oblatam, admittere possit, IDEM plena manu tradit cit. I. dec. 180, simulque addit, iure patrio ultra spatum 14. dierum haud exspectandum, ceu ex articulo 15. cit. constat. 2) Causae processionum, si in ipso procinctu facta personarum locatio, non admittunt effectum suspensuum, si vel maxime alter prouocasset a tali locatione, quod ob instantem

Cause processionalium.

Rantem processionem, quae nullam admittit moram, execu-  
tio suspendi nequeat, obseruante LYNCKERO de grauam, ex-  
trauid. c. VIII. §. 4. n. 3. Ceterum inter ecclesiasticas perso-  
nas, lice de proedria mota, nequidem appellatio a sententia  
episcopi admissa est ex decreto Concil. Trid. sess. 25. de regul.  
& mon. c. 13. huius tenoris: *controversias omnes de praecedentia,*  
quae per saepe maximo cum scandulo oriuntur inter ecclesiasticas  
personas tam saeculares, quam regulares, cum in processionibus publi-  
cis, tum in iis, quae sunt in tunulandis defunctorum corporibus,  
& in deferenda umbella, & aliis similibus, episcopus omni amota  
appellatione, & non obstantibus quibuscumque componit, quod illu-  
strat IO. PONTAS in dij. cas. conse. tom. I. p. 75. c. 15. §. 8) Sen-  
tentiae latæ pro expellendis tenoribus & meretricibus, quae in vi-  
cinia haud tolerandæ. Atque hæc etiam executioni mandan-  
dae, nulla obstante appellatione, si modo de turpissimo hoc  
vitæ genere publice constat, cui sententiae calculum addit  
MEIVS ad ius patrium P. III. tit. 8. art. 3. n. 44. sq.

§. XVIII. His quoque accenferi solent (VII) caussæ Causæ execu-  
tio*riæ*, quando scilicet ex instrumentis liquidis *executio*riæ** tñ*riæ*.  
proceditur. Etenim prohibita censetur appellatio ex mente  
SCACCIA de app. qu. 17. lim. 10. n. 22. solum quoad effectum *su-*  
*spensum*, sed non quoad effectum *devolutum*, vt interim tar-  
tum facienda executio, quod haec caussa promptissime sit ex-  
pedienda. Conf. IOAN. DEL CASTILLO tom. VIII. c. 8. n. 7.  
COVARVV. resol. pract. c. 23. n. 7. §. 8. Equidem si auctor ap-  
pellat, non dubium est, quin appellatio cum *pleno effectu* ad-  
mitti debeat: de *re o*ne* condemnato ad soluendum maior dubita-  
tio est, quod sicuti ab *executione* appellari nequeat, ita senten-  
tia condemnatoria in *processu executivo* parem sortiri effectum  
conseatur, ad minimum, vt executio differri non possit. 1. 5. C. Reo conde-  
mnato ma-  
ior ratio du-  
bitandi oc-  
currit.*

quorum appell. non recip. Accedit, quod hæc caussæ *cambia-*  
*tibus* aequiparentur, quæ itidem pendente appellatione exe-  
cutionem non sustinent. Nihilominus tamen non absolute

44 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

Quae admittit effectum suspensuum.

Non tamen Lubecae.

Quae sententia rationem haberet.

hanc sententiam admittendam esse censet M E V. P. I. dec. 259. tum quod non simpliciter a processu *cambiali*, in quo intuitu *mercaturae negotiationis*que plura irregularia sunt admissa, ad *executium* licet trahere argumentum; tum, quod non omnimodo *processus executionis & executiū* adhuc identitas, & facta recognitione adhuc admittantur *exceptions* in continentia liquidae vel mox liquidandae; quae vbi reiciuntur, aequo admittitur appellatio, ac si ab *excessu executionis* fuerit adpellatum. BRVNUS in proc. ciu. c. 28. n. 15. Addit MEVIVS cit. l. n. 13. sqq. hanc rationem, quod vbi *injuriae locus* esse potest, multo magis ibi facile locus quoque debeat appellacioni. At nullibi magis patet ista occasio, quam in *executiū processibus*. Denique in dubio appellacioni aditus haud praeccludendus videtur, nisi lex eam admittendam esse non censuit. Etenim, his non obstantibus, per priuilegium RVDOLPHI II. de a. 1588. in patria mea appellatio, ne quidem ad suprema tribunalia, fieri potest a sententiis definitiis latis in *causis executiū*, wenn die Appellation wider ihre eigene Handschrift oder Belehnung, für dem Stadt-Buch oder Meckler-Buch geschehen, interponiret werden solte, qua non obstante, vtptote reprobata, executio recte & valide expeditur. Tale documentum, quod *publicam fidem* habet, adhuc magis ipsi rei iudicatae accedit, quae respuit appellacionem per cit. l. 5. Imo vix ratio diuersitatis adsignari potest inter processum *executium & executionis*, cum exceptiones aut liquidae, aut altioris indaginis sint: illae a nullo prudenti iudice reiciantur; haec vero salvo hoc processu admitti nequeant. Expediret ergo, vbi *ius provinciale* in hoc arguento deficit, vel plane appellacioni astrium praeccludere, vel ea admissa, ad minimum *effectum suspensum* aequo vt in *cambiis ei subducere*, quod altoquin finis huius processus, qui in *paratissima executione* deprehenditur obtineri nequeat. Interim in plerisque iudicis appellacioni cum pleno effectu relatum esse locum diffiteri non possum, vt quotidiana experientia loquitur.

§. XIX.

§. XIX. Certius ius datum est (VIII) *cassis cambialibus*,  
 in quibus appellationes non sunt facile recipienda, nec re-  
 ceptae alium, quam *deolutuum*, in primis in *emporii*, habent, porrii.  
 vt executioni paratissimae nulla iniciatur mora, obseruante  
 MEV. P. IX. dec. 133. Publica lege Imperii dogma hoc appro-  
 batum in Rec. imp. de an. 1654. §. 107. hoc dispONENTE modo: Iuxta R. I. de  
 Als auch bey den Handels-Städten zu Meßzeiten und sonst  
 casus vorsallen, da nicht allein nach Kaufmanns-Gebrauch,  
 sondern nach aller Rechtsgelehrten Meinung die parata exe-  
 cutio strack's statt haben soll, und innerhalb 24 Stunden oder  
 etlichen wenigen Tagen zu geschehen pfleger, so lassen wir es auch,  
 damit die creditores nicht öfters aus bloßer Widerseßlichkeit der  
 Schuldiger, nicht allein um die Schuld selbst, sondern auch um  
 allen credit, Ehr und Nahrung gebracht werden, darbey darge-  
 stalt verbleiben, daß in solchen Wechsel-Fällen den Richtern  
 erster instanz unbenommen seyn soll, ohngehindert einiger  
 appellation oder prouocation nach der Sachen befindlichen  
 Ermäßigung entweder mit oder ohne caution der Gläubiger  
 die execution zu vollziehen, und die debitores zur Schul-  
 digkeit anzuhalten. Renouauit hanc imperii sanctionem in Et editum  
 patria mea Senatus in edito de an. 1662, d. 26. April. in haec ver. Lubecense,  
 ba constitutus. Als thut ein ehbarer Rath dieser Stadt Lübeck  
 hiemit verordnen, daß hinsüber in solchen Wechsel-Sachen keine  
 ordentliche gerichtliche Processe verstatret, sondern vermöge jungen  
 Reichs-Abschiedes ohngehindert einiger appellation oder  
 prouocation, nach der Sachen Beßt- und Ermäßigung, wenn  
 in acceptirten Wechseln nach dem Versall-Tage die gewöhnlichen  
 10 Tage, darunter einfallende Feier- und Sonntage mit  
 verstanden seyn sollen, verflossen, entweder mit oder ohne cau-  
 tion der Gläubiger, innerhalb 3 Tagen die execution von dem  
 Gericht reüklich vollzogen, und die debitores nach Wechsel-  
 branch, deroestalt zur Schuldigkeit angehalten werden sollen, daß  
 sie entweder zahlen oder selbst Bürgen werden müssen, darwider

dann keine andere exceptiones als doli mali & solutionis, wenn diese alsbald erwiesen werden können, zugelassen werden soll. Eo magis sanctio imperii publica in usum deducenda fuit, quod ad promouenda in *emporiis* commercia inter mercatores praecipue tendat, quibus patria mea prae ceteris studet. Quid? quod Dn. de LVDOLPH de iure camb. p. 209. n. 17. tex-  
tum ex R. I. adductum accipiendum esse velit non de quibus-  
uis cambiis, sed de talibus, quae in *emporiis* & *iudiciis cambia-*  
*libus* tractantur, adiiciens multos esse casus, vbi in negotiis  
cambiis extra *nundinas solennes* & *locum commerciorum* celebratis,

appellations locus sit futurus. Evidem non nego primario in fauorem *emporiorum* & *mercaturae* cambiis tributam esse pa-  
ratam executionem, vt non obstante appellations executioni  
fieri possit; constat tamen a) in multis Germaniae prouinciis  
*ius cambiale* esse generatim receptum, & quibusunque lo-  
cis & causis applicatum, adeo vt non tantum in cambiis  
*proprio dictis*, acceperit Wechsel-Briefen, sed etiam *palliatis*,  
eigenen Wechsel-Briefen, illud usum habeat, adeoque ad  
ea loca tantum obseruationem Dn. de LVDOLPH appli-  
candum esse arbitror, quae *speciali iure cambiali* non gaudent,  
in quibus cambia non alium, quam *instrumenti* *guarentigiani* vi-

Nisi super de-  
biro reproba-  
to cambium  
datum.  
Non nego, quandoque iustum esse  
appellandi caussam, si iulta dubitatio suboritur, utrum *cambia-*  
*lis processus* actori aperiendus sit, nec ne? utpote si inter ale-  
atores litterae cambiales, prout fieri solet, datae fuerint, qui  
merito a limine iudicii repellendi, si de hac debiti qualitate  
statim constaret, ut optime monet Dn. de LVDOLPH cit. l.  
Idem etiam in patria mea constitutum in mandat. de anno 1720.  
wider das Würtzel- und Charten-Spielen, cautumque, wie  
denn auch ein Hochweiser Rath, in Kraft dieses, und in vim legis  
pragmaticae constitueret, und verordnet haben will, das hinführts  
alle und iede, aus solchen gewinnstüchtigen Spielen, herrührende  
Verschreibungen, es seyn Obligationes, Aftigationes, Wechsel  
oder andere dergleichen, sie haben Nahmen wie sie wollen, als  
ohne-

ohneden in Rechten ungültige, von keiner Kraft und Würde seyn,  
auch in hiesigen Gerichten also angesehen und zu keiner execution  
gebracht werden, sondern vermöge dieser constitution, ipso facto  
cassiret und gehoben seyn sollen. Verum vtplurimum difficilis  
huius sanctionis est executio, quod in fraudem legis tales litterae  
cambiales aliis, per indossamentum, vt loquuntur, cedi so-  
leant, quibus haec exceptio, quae ex ipsis litteris non liquet;  
non facile opponi potest, quod in iusta ignorantia sint consti-  
tuti; ne dicam, hanc exceptionem vtplurimum esse *altioris*  
*indaginis*, vt ea pro ratione huius processus admitti nequeat.  
Vt hoc aleatorum asylum penitus eradicari possit, vix aliud se-  
curius remedium superesse arbitror, quam vt cessionibus ho-  
rum cambiorum tale frenum iniciatur, quod nec aleatores,  
nec cessionarii, merum captantes lucrum, facile mordere  
queant. Sine dubio γ) hue tendit plurimorum locorum pro Alibi appella-  
vicio, vt quidem appellatio in huiusmodi ambiguo casu ad- tio admittitur  
mittatur, sed soluta prius & judicialiter deposita pecunia, ita sed deposita  
vt hoc modo illa effectum suspensum amittat, id quod ex va. pecunia.  
riorum locorum ordinationibus cambialibus illustrat B. LVDO-  
VICI in proc. camb. c. 13. In potentiss. Regis Boruss. iure cam-  
biali de an 1724. art. 59. saluberrime haec promulgata est pro-  
vicio: auf daß auch in Wechsel-Rechten die iustitz um so viel  
schleuniger administrirt werden möge; so soll in denen Fällen,  
welche durch diese unsre Wechsel-Ordnung reguliret seyn, keine  
Leitung, appellatio, revisio, oder einiges remedium suspensi-  
uum statt haben: falls aber Sachen vorkommen, so hierdurch  
nicht decidir seyn möchten, wollen wir zwar die appellaciones  
an die gewöhnlichen höhern Gerichte allernächst verfassen, ies-  
doch dergestalt, daß der Appellans die in dem Wechsel-Briefe  
enthaltene Summe gerichtlich deponiren, und nebst dem in  
casu succubentiae unter Erstattung Kosten und Schaden bey  
den höhern iudiciis 50 Dchlr. bey den Unter-Gerichten 30 Dchlr.  
zu erlegen angehaisten werden sollen. Hoc modo & temerariis  
appel-

48 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

appellatianib⁹ & paratae executioni cambiali, & denique ipſis debitoribus prospēctum, vt si in instantia appellatioſis absolute-riam meruerint ſententiam, ſolutum mox ſine vila executione recuperare queant.

9) Cauſae depositi.  
An recte?  
S. XX. Cauiſſis parata executione munitis accenſent (IX) etiam debitum ex deſpoſito, cuius cauſſa ſummaria cenſetur ex mente MEVII P. I. dec. 200. ex GRATIANI VERO cap. 665. n. 21. executiva, vt omnis plane exulare debeat appellatio. Ratio ne hac vtuntur plerique, quod in cauſiſſis celeritatem deſideran- tibus appellatio cefſet, qualē naturam etiam cauſa deſpoſiti habet per I. pen. C. deſpoſ. Media incedit via IO. BAPTISTA COSTA de remed. ſubſid. remed. 103. n. 11. vt appellatio qui dem deferri poſſit, ſed executio diſferri non debeat, quod careat effectu ſuſpensiō. Ego vero in alia omnia eo, ſed non aliter processum executiū cum MEVIO P. II. dec. 37. admitto, quam ſi deponens iſtrumento, paratam executionem habente, iſtructus eſt, vel reus deſpoſitum eiusque exiſtentiam negare nequeat, quod ita debitum hoc ſit liquidum. Neque tam en hoc caſu appellandi facultas aliter ademta cenſeri debet, quam quatenus in processu executiō, vel in totum vel in tan- tum exulat. Quid ergo ſi debitor exceptionem amifſi vel de- perdiſi deſpoſiti opponat, vi in natura reſtitui nequeat? Altiorē indaginē ſine vila haefſtatione habere cauſa incipit, quod tum de amifſione ipſius tum de caſu, aut culpaे grauē folers indagatio iſtitui, vel deſpoſitarii negligentia latiori probata, aeftimatio iusta iniri debeat, quae cognitio ſcrupulis haud carret. Secundum Stat. Lubec. lib. III. tit. 3. cit. res iuramento deſpoſitarii committitur, daß er das vertraute Guth ſo treulich als das ſeine verwahret habe, oder daß er das ſeine mit ver- lustig werden.

10) Cauſa ſequeltri.  
S. XXI. Forſan (X) ſequeltri cauſa, periculo diſſipatio- ni, vita, vel armorum iſtante, rectius huic refertur, a cuius decreto ſi appellatur, non indiſtincte decernitur inhibi- tio,

tio, nisi cum *fumma* appellantis *iniuria* coniuncta appareat sequestratio. Licet enim vel maxime *extrajudiciale* seu, non citato aduersario, facta, (quo casu regulariter non solet decerni *inhibitio* v. c. i. §. n.) nihilominus tamen *prouocatio a decreto extrajudiciale*, indistincte facultatem inhibendi iudici inferiori non adimit, vt docet Dn. DE LVDOLPH de iure Cam. p. 419. Quia tamen appellantis, in hoc frangenti, eo praetextu regulariter vtruntur, quod sequestratio cum *evidenti iniuria*, quam ex quo-uis incommodo colligunt, coniuncta sit, superioris est, non faciles praebere aures his allegationibus, tum quod pro *inferiori iudice* presumtio militet, quod ab *iniuria*, litiganti inferienda, alienus fuerit; tum quod *periculi instantis*, quod *sequestrationem* postulauit, inter omnes optimam habere notitiam creditur. Antequam igitur *inhibitionem* decernat, tutius agit, si *literas informatorias* ab eo requirat, praesertim, si narrata appellationis magis *dubia*, quam *verosimilia* videantur, & *iudex ex officio* quietis publicae, vel alius periculi auertendi cauſa, sequestrationem decreuerit. Tunc vero potissimum Nisi cum *iniuria appellantis* coniuncta esse potest, si contra *possessorem* decreta, que non potest carere grauiſſimo praeiudicio, quod *possessore* priuetur, quamvis nihil impedit, quo minus fructus fundi, probato dissipacionis periculo, apud sequestres deponi queant. I. 21. §. fin. de appell. & relat. Facilius autem decernitur in casu *litigiosae possessionis*, ita vt vterque se posſidere contendat, & alter alteri imputet turbationem, denique res ad arma & turbationem quietis publicae evidenter spectare videatur, quem casum ord. cam. P. II. tit. 21. tangit, & illustrat egregie Dn. DE LVDOLPH selt. I. §. 7. p. 64. Si probabiliter constat de praesenti alterutrius possessione, alterius actus magis *turbatiui* censetur, adeoque ille statim potius euendus, quae non posset non cum praesentis possessoris turbatione esse coniuncta. V. GAIL. i. obs. V. n. 6, de quo plenius mox agendum.

50 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

ii) Sententiae  
quae secum  
trahunt ex-  
ecutionem.  
Ut in cau-  
correctionis,

excommuni-  
cationis,

§. XXII. Sunt etiam (XI) sententiae, quae secum mox trahunt executionem, vt appellatio ab iis interposita non possit non destitu*effectu suspensi*o, quia ex quo fertur, simul executioni datur. Huc referri debet sententia, a) in qua alicui *correctio* vel *obiurgatio* facta est ob admissum excessum; non si denum iudici *facienda* iniuncta, quae adhuc dilationem habet. Simili ratione episcopis visitantibus morum *correctio* permissa est, ita ut ab ea interposita appellatio executionem eorum, quae ab iis mandata, decreta, aut iudicata fuerint, nullo modo impedit, aut suspendat, ex sententia patrum Tridentinorū *Jeff. XXIV de reform. c. 10.* quam illustrat AVGVSTINVS BARBOSA in not. β) *Excommunicationis* sententia ipso iure trahit secum executionem, & ideo per appellationem haud suspenditur. Haec fuit sententia INNOCENTII III, quae fit de eo, qui *sententia excommunicationis* condemnatus appellauerat, vtrum nihilominus denunciare eundem, & ad tempus beneficiis spoliare posset iudex? Respondet in c. 53. vers. verum. X. de appell. quod cum executionem excommunicatio secum trahat, & excommunicatus per denunciationem amplius non ligetur, *ipsum excommunicatum denunciare* posfit iudex, ut ab aliis evitetur, eique prouentus ecclesiasticos subtrahere, cui ecclesiae communio denegata. Operatur talis appellatio tantum effectum deolutium, non *suspensuum*, quod IDEM in c. 8. X. de officiis iudiciorum, ordin. arguit, aitque: *excommunicationis sententia per appellationis* non *suspenditur obiectum*. Idem etiam γ) tractum ad interdicti sententiam in c. 37. X. de appell. quod iudex qui *interdictum locale* decernit, statim sacra sistat, & ita suspendi amplius nequeat. Hunc in finem receptae sunt absolutiones *ad cautelam*, quam ligatus a superiori, pendente appellatione, petere debet, quo eam prosequi queat; id quod haud foret necesse, si effectus excommunicationis haud susteretur. c. 2. de sent. excomm. in 6. Aliud itaque dicendum, si appellatio praecessit excommunicationem, quae vtrumque effectum habet, & sic *executio pro attentato accipienda*. c. 55. de appell. c. 14. de sententia excom-

VALIDE SVSCEPTA OB SVBTRACTVM APPELLAT. 51

excommun. in 6. Imo si excommunicatio sub conditione facta, & ante eam implorata appellatum fuerit, ab illa omnino appellatio debet effectum eius sistere. SCACC. de app. qu. 17. lim. 22. n. 13. TONDVTI de penfson. c. 48. §. 23. PETRVS LEVREN in foro benef. tom. III. qu. 207. n. 9. Idem vltterius d) ad suspensiō Suspensionis. nem applicatur, quod licet quis a tali sententia appellauerit, suspensus tamen maneat. Vtut enim depositus appellans interim fruatur suo beneficio officioque, quod sententia depositionis poenam contineat, & ab hac interposta appellatio executionem suspendat; ab hac tamen distingunt suspensiōnēs decreta, quod nude ad correctionem inobedientis tendit, & censurae medicinalis speciem continere dicitur, aequē ut excommunicatione & interdictū, quae executionem statim secum ferunt. IO. PONTAS in diction. cas. consc. voce appellatio casu 13. Si tamen ob imputatum excessum ad instar proprie dictae poenae dictata foret, tunc idem, quod praefstat appellatio in ea, quae a sententia depositionis interponitur, praestare deberet ex mente SCACCIAE de appell. qu. 3. n. 77. & 78. Haec arbitror, cum Dn. PRAESES in diff. de indole poenam ecclesi. ostenderit, has factas censuras medicinalis, esse proprie dictas poenas, & earum rigorem, quod executionem statim secum ferant, vnic exigitum ad auctoritatem eo maiorem iis conciliandam, deterrendosque omnes, qui his ligantur.

§. XXIII. Supersint (XII) remedia possessoria a quibus 12) Remedia etiam de iure canonico admittitur appellatio, sed sine effectu possessoria. suspensiō, quod tamen in infinitum limitant, declarant, restringunt exemplo SCACCIAE de appell. qu. XVII. lim. 6. tae- diole infinitas obseruationes contradictorias corradentis, in quarum examine haud commorabor. Fundamentum huius doctrinae de iure civili adfertur in l. vn. C. si de moment. possess. De iure cit. fuerit app. in qua imperatores ita constituerunt: cum de pos. non admitt. se & eius momento causa dicitur, et si appellatio interposta tunt appell. fuerit, tamen lata sententia sortitur effectum. Ita tamen possesso- nis

52 CAP. II. DE EXECUTIONE PENDENTE APPELLAT.

nis reformationem fieri oportet, ut integra omnis proprietatis causa seruetur. Quia causa possessionis celerrimae executionis erat, omni excluso circuitu, momenti appellatione designabatur, quod ad breve temporis spatium statutus eius duraret in petitorio, reformatione eius speranda. Atque huc a) pertinebat interdictum adipicendae possessionis, in quo cestabat licentia prouocandi, ne quod beneficio celebritatis inuentum est, subdatur iniuris tarditatis, vt loquitur l. 22, C. Theod. quorum appell. non recip. b) recuperandae remedium, de quo accipienda cit. l. vn. vt obseruat IACOB GOTHOFRED. ad l. vn. C. Theod. si de momento poss. & verba ultima cit. l. quae reformatio- nem possessionis faciendam indicant, confirmant; possessionis enim causa reformatur, cum electus restituitur. y) Reuinendas possessionis causa, in qua de turbata posseione contenditur, & repetendo momento, vt aiunt imperat in l. 4 C. Theod. unde vi- simulque designant, celeri redhibitione, causae consilendum, nec iudicium dilatatio suspendendum, si perturbatus possessionis statutus est, vel aliquid direptum. In his remedii celeri reforma- tione possessionis succurrendum iuxta l. 14 C. de agric. & cens. & tunc denum causa proprietatis peragenda, quo intuitu illa momentaneas possessionis actiones vocabantur in l. vlt. C. qui legit. perf. stand. in iudic. bab. Quae cum ita sunt 1) erroneum est, cit. l. vn. duntaxat ad remedium reuinendas possessionis, in quo de turbata posseione queratur, pertinere, quae magis interdictum vndi vi, in quo de reformanda posseione proprie contenditur, de- signat, vel ad minimum illud simul comprehendit, imo omnem posseioni momentaneae actionem denotat. 2) Crassior adhuc error est, appellatione momenti adumbratum fuisse posseitorum summarissimum reuinendas, oppositum ordinario, quae vhus fori nostri admodum distinguit. Recentioris actui haec sunt insti- tuta ex iuris canonici processuum anfractibus nata, quibus adeo haec remedia impediuntur, vt celeri cognitione absolvi nequeant, nec momentum amplius habeant. Etenim quando de

Non vnic re-  
tinendas re-  
medium.

Multo minus  
summarissi-  
mum iure ci-  
vili ignora-  
num.

de turbate possessione inter duos litigatur, seu possessionis litigiose causa peragitur, facile evenire potest, vt inter moras, quas hodiernus processus serpere finit, litigantes ad arma veniant, & vim vi repellere intendant; id quod aliter praecaveri non posse censuerunt, quam *remedio interimistico*, quo alter ex litigantibus *provisionaliter* in possessione defenditur, donec plenior causae possessionis cognitionis institui, & citra periculum armorum iudicari possit, quis inter litigantes meliorem, vitioque omni destitutam, possessionem habeat. Tracta haec praxis quidem ex principiis de *provisionalibus remedii*, etiam iure ciuili agnitis; ast minime inde constat, etiam hoc iure in possessoriis opus fuisse remedio quodam *provisionali*, quod omne remedium possessorum *sua natura tantum provisionale*, celerrimae cognitionis, & momentanea eius utilitas, per petitorium vero caussa principalis decidenda esset: hoc finito demum constabat, vtrum possessori possessio, interim adjudicata, fructum allatura esset nec ne?

§. XXIV. Hic diuersus fori nostri & Romani usus va- Inde lites in  
riis anfam dedit disputationibus, an & quatenus in *possessoriis* foro de appell-  
locus esset appellationibus? tum quod ius canonicum iis ni- landi facultate  
mum faueret, & vbique eas admittendas censeret; tum quod  
causa possessionis apud nos non amplius possit dici *momenta-  
nea*. Olim vulgatus sermo; *breue gaudium ex possessione*; ho-  
die vero, *grauiissimum momentum & saepe perpetuum in possessio-  
ne*, vt plerunque de hac, cum aequali pondere, ac quidem de  
ipso petitorio litigeretur. Hic usus diuersus sine dubio quoque  
nous postulauit iura, remedia, praecautiones, ne victus in  
*possessorio* nimium praegrauetur, & ingenti priuetur commo-  
do, quod *possessioni* ineft. Inter antiquas imperii leges *Ordin.* Quidammo-  
*Camer. P. II. tit. 21.* eminet, quae malo ex *litigiosa possessione* im- do sopia in  
minenti obicem ponere voluit hoc modo: Ob auch in obbe ordin. canex-  
rührten Fall zwischen den Partheyen, die ohne Mittel dem Reich  
unterworffen, die Gewehre possession vel quali aus redlicher

Anzeigung, zweifliche, und sorgliche Empirungen, Weiterung oder Aufzehr daran zu besorgen, sollen Cammer-Dichter und Besitzer Gewalt und Macht haben, auf Anrufen der Partheyen oder für sich selbst *ex officio*, die possession zu sequestriren, oder aber der quasi possession halben anstatt der sequestration beyden Theilen zu gebieten, sich derselben zu enthalten, und alsbald summarie ohne einigen gerichtlichen Proces oder anderen weitläufigen Ausführung der Sachen zu erkennen, welchen Theil die possession oder quasi inzugeben, und zu inhibiren sey; sich desselben zu endlichen Austrag des Rechtes in possessorio oder pericitorio, zu enthalten. Und so das geschehen, soll alsdenn solches keinem Theil an seinen Inhaben oder Besitz im Rechten nachtheilig seyn. Palam est, hic de remedii *reinendas possessionis*, tam *ordinario*, quam *summario* agi, & inter duos litigantes *provisionaliter* decerni, quis lite super possessione pendente interim possidere debeat, adeoque has duas species ad *adipiscendae & recuperandae* remedii non pertinere, in quibus earum ratio exulat, vt recte statuunt *M.E.V. P. II. dec.*

*Quae summa.* 236. n. 1. Dn. DE LVDOLPH. de iure cam. p. 67. in f. Cum verium admittitur in *summariissimo* tunc demum *provisionaliter* decernatur, in calu armorum instanti, abusus sane ingens est, in quacunque possessionis quaestione, processuum admittere momentaneum, quod a potentis, Rege Boruss. in der Verbesserung des *Iuslitz-Wesens* de a. 1713. S. 39. sapienter prohibitum, obseruante Dn. *PRAESIDE* diss. de vero *vñ remed. possess. ordin. & summ. c. III. S. 6.* Praeterea quoque ille inualuite abusus, quod in *summario*, in quo cognoscendum erat ohne einigen gerichtlichen Proces, iuxta ord. Cam. cit. 1. hinc inde processuum ambages quoque tolerentur ut etiam a *decreto provisionali* appellations accipientur. Cum facultate tur. Certamina super hac quaestione plenius enarrat OLV appellandi si- DIVS c. VII, rer. quotid. n. 77. sqq. tandemque n. 84. sqq. conneffectum cludit, eam ynice prohibitam quoad effectum *suspensionum*, nec

Cum facultate tur. Certamina super hac quaestione plenius enarrat OLV appellandi si- DIVS c. VII, rer. quotid. n. 77. sqq. tandemque n. 84. sqq. conneffectum cludit, eam ynice prohibitam quoad effectum *suspensionum*, nec

nec executionem in hoc iudicio impediendum, licet recipiat  
tur appellatio. Probanda, me iudice, haec est sententia, tum  
quod *iure canonico* a quoconque grauamine appellare liceat,  
etiam in causa moram non ferente; tum quod hoc iure etiam  
appellationi locus esse possit, vnicce quoad effectum *deuolutiuum*. Suspensuum vel ideo effectum habere nequit, quod  
generatim hic exulet in remedii *provisionalibus*, nec finis sum-  
mariissimi obtainiri possit, si suspensioni locus relinquendus.  
*In ord. appell. Cellensi de a. 1713. P. II. tit. 1. §. 5.* haec obserua-  
tio calculum meruit bis verbis. Nachdem einige Sachen sind,  
darin dem gemeinen Rechten und praxi nach entweder gar kei-  
ne appellations statt finden, oder dieselben nur effectum devo-  
lutiuum haben, als die *caussa momentanei possessori*, *dabey*  
*metus armorum & violentiae* von beyden Seiten verhanden,  
*alimentorum praesentium & futurorum &c.* Hat unser Appel-  
lation Gericht, wenn solche Sachen, per appellationem an sel-  
bige gebracht werden wollen, nach der *disposition* gedachter  
gemeiner Rechten, und Reichs-Constitution sich zu richten, und  
nach Befinden entweder dem appellirenden Theil mit der Appel-  
lation sofort abzunеisen, oder solche, wiewohl nur quoad effec-  
tum deuolutiuum, sonderlich wo ein gar grosses praejudicium  
dasselben darunter versiret, auch in diesen Sachen anzunehmen.  
Pariter in der Lübeckischen reuiderit Ober-Gerichts Or-  
nung c. II. §. 10. cautum similiter: dass in Sachen, da in pos-  
sessorio momentaneo gesprochen, appellaret werden sollte, sollen  
die Herren den appellationibus nicht defерирен, adeoque ea non ob-  
stante fieri potest executio. Vnde M E V. P. I. dec 46. hic appellationi  
quidem locum relinquit sed *inhibitioni* denegat, quod execu-  
tio haud sistenda sit, eoque iure hodie utimur in dubio, teste  
LYNCK. de grauam. extraiud. c. 3. §. 6. n. 13. ita vt nec camera  
inhibitiones decernere soleat iuxta R. I. de a. 1594. §. die inhi-  
bitiones, vbi haec haud decerni dicuntur in possessorio retinen-  
dae, da der appellat in Besitz ist, id quod de casu intelligendum,  
si per sententiam in possessione defensus.

§. XXV.

56 CAP. II. DE EXECVTIONE PENDENTE APPELLAT.

Quod tamen  
varis in cas-  
bus limitant.

§. XXV. Enimvero, hisce non obstantibus, plures ca-  
sus conglomerare solent; in quibus appellatio deferendum  
esse centent etiam quoad effectum *suspensum*, & plerique  
quidem ita comparati sunt, vt appellans sub eorum tegmine  
tutus facile inhibitionem impetrare queat, quos SCACCIA de  
appell. cit. l. CONTARDVS ad l. vn. si de moment. poss. CLVDIVS  
de rebus quotid c. VII. n. 89. sqq. aliquie collegerunt. Et-  
enim sisti executionem existimant, 1) si sententia in hoc iudic-  
cio lata *damnum* continet, quod in ordinario *possessorio* vel  
*petitorio* reparari nequit; 2) difficulter reparari potest, cum  
illud non posse fieri dicatur, quod sine magna difficultate  
fieri nequit. Id vero, quomodo afferi possit, vix concipi  
potest. Probata antiquiori possessione, *damnum* hoc, quod  
in *summariissimo* alter obtinuerit, reparari, & quidem sem-  
per potest, c. 9. X. de probat. et si admittitur appellatio, in  
hac ipso instantia retractari potest prior sententia, & simul ex-  
ecutio iam facta. De hac tantum quaeritur, quae tale da-  
mnum non continet, quia si in appellatorio iudicio decretum  
iudicis *a quo* confirmatur, omnino executio, haec tenus forsan  
intermisca, adhuc facienda, licet in ordinario *possessorio* vel  
*petitorio* iacturam hanc *ex defectu probationis* reparare ne-  
queat. Quocirca facta executio pendente appellazione *da-  
mnum irreparabile* haud continet, sed potius eius intermission  
cum turbis coniuncta est publicis alioque periculo maiori.  
Aut ergo pro hoc auerteendo *interim* facienda executio aut  
*sequestratio*. Vtrumque forsan aquale praejudicium habet,  
nisi executionis restitutio per appellacionem a *sententia prou-  
isionali* vix obtineri possit, priori decreto vel maxime refor-  
mata. Quid enim, ait CLVDIVS cit. l. n. 120. si de *possessorio*  
*castri* vel *fortalitii* muniti agitur, quod de facilis recuperari  
nequit? Concedo executionem interim factam esse magni  
praejudicium; sed grauius malum adhuc habent instans violen-  
tia, armorum strepitus, & mutua per vim renitentia, quibus  
mediis,

mediis, quilibet possessionem praesentem defendere arguit. Quid? quod ut plurimum de recuperanda possessione amissa hoc casu contendatur, sub summarissimi autem possessori colore dejectus repetere possessionem nitatur. Obseruat hoc MEV. P. IX. dec. 14. num. 1. in not. aitque: *aduocati inter artificie sua magni faciunt, ut sciant eligere actionis genus, citius & expeditius peragendum, ideo ad id, quod conducere videtur, facti circumstantios detergere satagent.* Id maxima ratione possessori summarissimi contendunt, ideo saepe illo abutuntur, ut iudices & aduersarios seducant, pro dicente faciliter obtineant; id quod per casum adductum illustrat. Qui enim alterum possessione priuavit, solet sollicitus esse, ut pro praesente possessore habeatur, id quod si obtinuerit, alteri grauiissimum infligitur vulnus per appellationem reparandum. Hoc facile 3) concedo, sisti executionem, si decreto in summarissimo aliquid annexum est, quod appellationem admittit cum pleno effectu, veluti in puncto expensarum & fructuum, cuius execu<sup>tio</sup> interim suspenda, obseruante MEVIO cit. l. n. 3. Addit CLVDIVS n. 99. 4) si reum in possessione, & quidem legitima esse appetat, iudex vero eam parti aduersae relinquendam pronunciat. Admitto hoc, si grauamen tale statim notorium ex aetis sit, ut iudex superior inhibitionem decernere possit, et si executionem fecit, ut ex capite attentati illam retractare teneatur, quod ita peruerse iudicauerit, & egerit iudex. Imo 5) etiam hoc admitto, iuste appellari & inhiberi, si altero tantum auditio pronunciauit, alterius autem partis probationem reiecit, ut ait CLVDIVS cit. l. n. 108. Quamuis enim, ait MEVIVS cit. l. n. 5. momentanei possessori ceter processus sit, non tamen praeecep<sup>s</sup> esse debet, ut omittat ea, quae iure naturali, ad quodvis iudicium sunt necessaria. Deinde talis esse debet, ut iudex de possessione informari, & quidem non ab una sed etiam ab altera parte. Non admitti enim appellationem suspensiua<sup>m</sup> a summarissimo, de sententia valida tantum verum est, ut recte obseruat LYNCKER de grav. excau*do*.

In ordinario, possessorio fure admitti appellationem constat, & quidem de iure canonico per spedit appellatio executio-

nem.

§. XXVI. In ordinario processu, quoad vtrumque effectione clement. vn. de sequest. poss. & fruct. quod eius causa hodie per ambages traducatur, nec metus armorum amplius subsistit, sedatus per executionem in summarissimo. De iure ciuili tantum negatam suspensuam appellationem non devolutinam censem CLVDIVS cit. l. n. 68.; imo, B. IOAN. SAM. STRYK de appell. non suspens. in posses. summarissimo, idem etiam perhibet de summarissimo. Vtrumque recipiendum non est, cum iure ciuili ignoretur appellatio non suspensua pariter ac remedium summarissimum. Quamuis enim in l. vn. C. si de moment. posses. omissa verba fuerint, quae codex Theodos. habet: atque ita demum ad nostram scientiam referatur; duae tamen propositiones in cit. tx. continentur, quarum prima est, etiam appellatione interposita faciendum executionem; altera vero: ad principem, ad quem appellatum, relationem faciendam, vt hic de statu causae informatus, appellantem statim repellere, non vero eum admittere, salua executione facta, possit. Vtriusque ergo interpretatio recipi nequit, licet forsitan pontifices, ex erroribus glossatorum circa banc l. receptis, plura innouauerint, credentes id iuri ciuili conforme esse. Pariter in remediis adipiscendae & recuperandae ius ciuale omnem aditum appellandi praeculsum, vt iam supra obseruauit, & sic quoque in remedio l f. C. de edito D. Hadr. tollendo, quod rursus tantum prouisionale est, obseruante CAROLO DE MEAN tom. III. de iure ciuili Leod. obs. 361 n. 33. Agitur enim in hoc remedio de herede scripto, in possessionem mittendo in testamento, quod nullo visibili labore vitio, quod decretum omnem respuit appellationem. l. 6. C. quorum app. non recip. CAROL. DE MEAN cit. l. obs. 97. n. 6. In alia omnia abit LYNCKER de grauam. extraiud. c. III. §. 6. n. 16. sq. quod haec possessoria sint plenaria seu ordinaria, quae aliud extra se non habent possessorium, id quod soli proprium possessorio retinendae. Verum cogitandum est, 1) nihilomi-

nus

VALIDE VSCEPTA OB SVBTRACTVM APPELLAT. 59

nus remedium *adipiscendas* esse mere *provisionale*, quod tantum de iure canonico recepit effectum *devolutuum*, suspensio negato, adeoque possessionem in vim eius captam pendente appellatione, excusare a violentia seu attentato, *vt DE MEAN.* *cit. l. n. 7.* iudicat. Nec attendendum, quod in ordinario retinendae *possessorio* appellatio sistat executionem, quippe cui ex hodierni iuris disciplina praemittitur *provisionale summarissimum*; *vt eius intuitu ordinarium* non amplius videatur prouisionale esse. Et quod 2) attinet ad *recuperandae* remedium, illud adeo sua natura celerrimae expeditionis est, *vt nullo ob-* An in recuperandae?  
*staculo eius executio impediti* debeat, adeoque si hodie appellationem recipit, id tamen cum effectu *suspensio* accipi nequit. Conf. SCACC. de app. q. 17. lim. 6. m. 6. n. 1. sqq. Equidem MEVIVS P. IX. dec. 9. non excusari iudicem ab *attentato* arbitratur, si, appellatione interposta non obseruata, pro restituzione spoliati processit, quod multi sint casus, in quibus spoliatori appellatio permitta sit; semper tamen quaestio supereft, ad quem *effectum* permissa sit? cum re vera omnem virtutem amittat remedium recuperandae possessionis, si executio pendente appellatione quiescit. Praesuppono tamen casus in quibus secundum regulam facienda ante omnia restitutio; in quibus enim restitutio non facienda, de quibus MEV. *cit. l. dec. sqq.* agit, in his demum suspendi executionem arbitror, quamuis hi casus ad *exceptionem* pertineant, & paucissimi sint, haud multiplicandi.

CAPUT III.  
DE  
EXECUTIONE FACIENDA OB ADEM-  
TVM APPELLATIONI EFFECTVM  
DEVOLVTIVM.

## §. I.

Dantur adhuc  
causae appelle-  
tationem vel  
absolute vel  
secundum  
quid respon-  
tes.

In quibus  
etiam index  
inferior ap-  
pellationem  
reicit.

Ratio dubi-  
tandi.

**V**T ut ius canonicum admodum appellationibus faueat, & in immensum facultatem eius extendat; superfus tamen adhuc plures iuris articuli, qui vel omnem respuant appellationem, vel ad minimum ei praecluserunt recursum ad *suprema tribunalia imperii*. Atque hoc intuitu etiam appellationes destitui dicuntur effectu *devolutivo*, vt si vel maxime *de facto* interponantur, nihilominus tamen index eas reiicere, &, non considerata tenacissima eiusdem inhaesione, qua quolibet iudicatum suspendere conantur iniqui caularum patroni, ad *executionem* progrederi queat. Evidenter iudicis inferioris non est, iudicare, vtrum appellatio sit recipienda, nec ne? quin potius hoc cognitioni superioris iudicis referuatum, adeo vt inferior, qui provocaciones respuendas existimat, mulctandus sit per l. 21. C. de appell. & relat. Multo minus ergo inferiori integrum est, reiecta appellatione, ad *executionem* progrederi, quod adhuc necesse sit expectare superioris iudicis arbitrium, vtrum appellatio recipienda sit nec ne? adeoque *attentati nomine sine dubio* tenetur, qui praecipit ad *executionem* ruit. Optime MACER (qui de appellationibus ex professo scriptus) in l. 6. D. de appell. recip. vel non instruit iudicem inferiorem, qui appellationem reiciendam esse, firmiter persuasum habet: *Sciendum est*, ait, *cum appellatio non recipitur, praecepti sacris constitutionibus, omnia in eodem statu esse, nec quicquam nouari, etiam si contra fisum ap-*

*pellatum*

pellatum sit, eumque, qui appellationem non receperit, opinionem  
 suam confessim per relationem manifestare, & caussam, pro qua  
 non recepit appellationem, eiusque exemplum edere debere litigatori,  
 mandatis cauetur. Enimvero haec praecautione sine dubio ob- Responso.  
 seruanda, si caussa sua natura quidem appellabilis est, sed gra-  
 uaminum fundatorum defectu laborare videtur, de quo vnic  
 iudicat superior, non iudex a quo; qui licet apostolos refutato-  
 rios dederit, impedire tamen nequit, quo minus superior  
 eam recipiat. Ceterum si caussa sua natura non est appellabi-  
 lis vel absolute, vel secundum quid: si hoc manifesti, non am-  
 bigui iuris, nihil adest, quod iudicis inferioris executionem  
 retardare queat. Id aperte confitentur imperatores in l. vnic. Quod illustra-  
 C. si de moment. fuerit appellat. maxime si Codicis Theodosiani tur ex l. vn. C.  
 textum haud mutilatum attuleris. Aiunt Caesares: cum si de moment.  
 posse aut momento caussa dicatur, est appellatio interposita fue-  
 rit, tamen lata sententia fortiatur effectum, atque ita demum ad  
 nostram scientiam referatur. Notandum est ex verbis addu-  
 his, a) agi in iis de caussa sua natura non appellabili: b) iudi- In qua facultas  
 ci inferiori iniungi, vt, non obstante appellatione, ad execu- exequendi  
 tionem procedat, y) tunc vero demum referat. In eo modus concessa non  
 hic procedendi recedit ab illo, quem MACER antea praefigu- obstante ap-  
 rauerat; intelligendus tamen sine dubio non de caussis omnem pellatione.  
 appellationem respicientibus, sed de grauaminum infirmitate,  
 ob quam appellationem reiiciendam credit. Perperam TRI-  
 BONIANVS omisit verba; & ira demum ad nostram scientiam  
 referatur, quae verum demum effectum harum appellationum  
 non-devolutissimum ostendunt, easque ab aliis devolutius effectu  
 praeditis distinguunt.

§. II. Evidem olim apud Germanos appellandi ad super- Olim in Ger-  
 riora tribunalia vsus ignorabatur, nisi, ob denegatam iustitiam mania appel-  
 nullitatemque commissam, protocatio & recursus necessarius landi vsus  
 videretur. In quo aliquid appellationibus simile occurrebat, vni- ignoratus.  
 de adhuc hodie tot statuum priuilegia de non euocando super-  
 H 3 sunt,

sunt, vt plenius monstratum iuit ill. Dn. de LVDEWIG Acad. Cancellarius in *Comment. ad A. B. tit. VIII. §. 1. & tit. XI. §. 3.* Deerant praeterea *iudicia prouincialia*, ad quae patuisset alias prouocatio, si visitata fuisset, quae in Prouinciis territoriisque paulo ferius instituta. Loco earum recepti erant recursus ad alias ciuitates celebriores, quarum iurum vsum habebant ex spontanea submissione, vt pluribus docet ERNEST.

IOACH. WESTPHALIVS in *specimen. Docum. Mecklenburg.* pag. 224. seq. & differt. de fontib. iur. Lubec. §. 8. seq. Etenim ius Lubecense patrium adoptarunt Holsatiae & Porussiae nec non Pomeraniae, ducatusque Mecklenburgici plures ciuitates relatae a WESTPHALIO de fontibus iur. Lubec. cit. l. Pariter Poloni, Bohemi, Silesi aliquique vni sunt iure Saxonico prouinciali, cuius mentem sensumque demum Magdeburgenses Hallensesque Scabini habere credebantur, ad quos, acris transmissionis, in causis arduis recurrebatur teste MEVIO ad ius Lubec. qu. 2. n. 7. Ex eodem principio appellations haec analogicae frequentes fuerunt ad senatum Lubecensem ab his ciuitatisbus, quae illius iure utebantur. Iuris Spirensis fama induxit quoque ciuitates vicinas, vt in causis dubiis ad hanc ciuitatem prouocarent, teste LEHMANNNO in *Cron. Spir.* Passim etiam provocatum ad Aquisgranenses, Colonienses, Brunsvicenses, Luneburgenses, aliasque ciuitates celebriores, quamvis haec appellations magis similes uideantur transmissionibus & consultationibus, pro vero iuris sensu erundo, adeo vt ex hisce recursibus nulla imperii superioritas deduci queat. vid. diurni Hellenes ad ann. 1731. n. 28. Postquam vero Principes imperii sequiori aeo*iudicia prouincialia* in territoriis instituerunt, & eodem fere tempore *ius iuris Romani & Canonici* prorupit, desierunt hi recursus antiqui ad alias ciuitates, & proprie dictae introductae sunt appellations ad *Curias prouinciales*, quod WESTHALIVS de font. iur. Lubec. §. 9. luculenter offendit, atque haec ad principia vtriusque iuris facile accom-

Loco eius receptae transmisiones ad ciuitates celebriores.

Vt Lubecam.

Magdeburgum Halamque.

Spiram,

Aquisgranum, Coloniam, Brunsvicum, Luneburgum.

Abolita hae prouocatioes per iudicia prouincialia & iuris Rom. vsum.

accommodatae, & admodum propagatae sunt, vt etiam per evocationes ad suprema tribunalia Caesfarum fieret prouocatio. Motus hae appellations passim excitarunt insignes, teste LEHMANNO in Chron. Spir. lib. VII. c. 102. adeo vt adhuc anno 1459. Spirae ad res inauditas & insolitas relatae fuerint, quamuis iudicij Cameralis introductio has magis magisque corroborauerit. Cum vero antiquis institutis moribusque contrariae Ius antiquum euocationes inde sequerentur, unicum praesidium Principum, horrea de non qui salua teatque antiqua iura conseruare laborarunt, pro his auertendis positum fuit in confirmando antiquo iuris vsu, quod partim propria cura potentiaque efficiebant, partim priuilegiis Caesareis corroborabant, quibus magis *ius antiquum* conseruatum, quam *nouum* introductum. Quibus hae occassiones subtractae vel denegatae, appellandi libertatem ad suprema tribunalia extra prouincias subditis indulserunt, per iuris Pontificii & Romani usum quotidie ingravescerent magis magisque promotum praesertim in dioecesibus, ciuitatibus imperii, & territoriis minoribus. Atque hoc modo ex usu vtriusque iuris de causis disceptari coepit, quaenam *de voluntario effectu* destituta essent, id quod tandem variis priuilegiis publicisque legibus determinari coepit.

§. III. Videlice sunt secundum ius, quo vtimur, plures causae, quae *inappellabiles* censurur, & effectu devolutiōrum non debita destituantur, idque vel *iure imperii communi*, vel *iure sua voluntarium*, turum particulari, vel speciali *rescripto principum*, de quibus paucis videndum. Ad primam classem pertinent 1) *causae* 2) *Causae politicae* iuxta R. I. de anno 1654. §. 106, in quibus appellandi ad politicae.

suprema imperii tribunalia usus non quidem penitus interdictus, ita tamen restrictus est, vt ant. quam appellatio recipiat, prius a magistratu loci *literae informatoriae* requiri, & his receptis non facile recipi debeant. Id verba sequentia Appellationes produnt: Wenn Sachen, die denen bey einen Stand insgesamt mein eingeführten guten Policey, Zunft und Handwerks-

Ordnun-

Ordnungen anhangen, durch appellation in unser Kaiserl. und des Heil. Reichs-Camer-Gericht gezeugen werden wollen, daß der Richter, ehe er die Processe erkennet, in des Orts Obrigkeit und der Status publici mit einlauffender interesse mit seinen Umständen wohl erwegen, fürnehmlich aber in dergleichen Sachen keine inhibition leichtlich erkennen, sondern daferne solche Sache wider selbigen Orts hergebrachte vernünftige, und denen Reichs-Constitutionen nicht ungemäße Handwerks- und andern hergebrachten rechtmäßige Ordnung lauffet, zu Abschneidung des in denen Reichs-Constitutionen so hoch verbotenen Aufreibens, und Schelting der Meister und Gesellen, und anderer Angelegenheiten ab, und an des Orts Obrigkeit, als die ohne das die Gewalt haben, dergleichen Statuta nach Gelegenheit der Läufft- und Zeiten zu widerruffen und zu ändern, verweisen. In §. praeced. prohibitum erat, ne ad querelas subditorum, wenn Bürger und Untershanten directo gegen seine Obrigkeit flagen, statim processus decernantur a Camer-ia, sed prius literae informatoriae requirantur. Deinceps in §. 106. vnde verba adducta tracta sunt, hoc quoque extensum ad appellationes subditorum in caussis politicis, quod indigitant verba initialia: Also soll es darneben auch gehalten werden, wenn Sachen z. certo indicio, etiam in his caussis antea requiriendas esse a Magistratu literas informatorias. Praesupponitur vero, a) caussas politiam concernentes certo iure esse definitas: b) rationabiles: y) & quidem in communis, insgemein, aliquid constitutum esse, causamque ipsam ciuitatem eiusque politiam, non iura mera priuata concernere, quae omnia distinctione explicat MEVIVS P. III. decis. 154. simulque docet in plurimis caibus adhuc appellandi superesse facultatem.

§. IV. Equidem (II) caussae ecclesiasticae in foris protestantium appellationem non respuant ad tribunalia suprema domini territorii; aut devolutivo effectu destituuntur, quoad suprema tribunalia imperii, quae in caussis hisce iurisdictione non

non exercent. In hoc *superioritas* statuum Euangelicorum *sacra* praerogativa gaudet, distinguenda iuxta antiquum modum imperii a *superioritate*, quae in *secularibus* exercetur. Fundamenta huius argumenti in compendio recenset Dn. de LVDOLPH. *de iure Camer.* p. 219. a Dn. PRAESIDE etiam *tom. I. P. I.* *consulf.* & *decis.* *Resp.* 27. exulta. Duo interim adfert monumenta Dn. de LVDOLPH *cit. I.* quae causam dubiam facere videntur: 1) quod *iurisdictionis Cameralis* sit *uniuersalis*, nec qualitas harum causarum per se impedit *iurisdictionem summi*. Dubia reme-  
rum tribunalium, sed *ex accidenti*: 2) quod plerisque causae *huc pertinentes pro ciuilibus* habeantur. *Enim vero pri-*  
*muna* admitti non potest in republica, quatenus iam *constituta* est, & iuxta principia *sacra*, ante *reformationem* in genere re-  
cepta, composita: iuxta haec fieri non potuit, ut appellatio ab his causis ad *suprema tribunalia* devolueretur, quae *iuris-*  
*dictionis ecclesiasticae* ex principiis tunc dominantibus, a prima fundatione sua incapax habita, nec post *reformationem* eam obti-  
nuit. Nec secundum ratione exercitii praesentis tolerari potest, quod haec causae non *vt ciuiles*, sed sub *qualitate ecclesia-*  
*sica* etiam in terris protestantium exerceantur, & de iis ius dicatur. Nam & *matrimonialis*, *iura patronatus*, *decimas* & *similia* consistoriis vindicamus, a iudicis *secularibus* distinctis. Interim patet α) recursus ad *suprema imperii tribunalia*, si de *Limitatio-*  
solo *possessorio* agitur. Vid. Dn. PRAES. *tom. I. P. I. consulf.*  
*resp.* 19. & 77. item *tom. I. iur. eccles.* p. 993. β) Si ex capite nullitatis, vel *denegatae iustitiae* querela mouetur, ut *resp.* 29.  
*cit. I. euclidum* a Dn. PRAESIDE; imo etiam γ) si non de ipso *matrimonii vinculo* sed de *incidentibus quaestionibus*, veluti de-  
creto prouisionali, quoad alimenta, agitur, ut recte quoque Dn. de LVDOLPH p. 224. *sq.* obseruat. Si ergo in *causa ipso* *principali de facto* appellatio suscepta foret, haec executio nem londere non posset, quod indubie *devolutio ei decesset*.

3) Causae cri-  
minales.

§. V. Sed etiam (III) *criminales causae proprie dictam non admittunt appellationem ad supraima imperii tribunalia iuxta ord. camer. P. 2. tit. 28. §. penult.* quamvis rursus ex capite nullitatis & denegatae *inflitiae* recursus super sit, quod exemplis illustrant LYNCKER de grauam. extra judicial. c. VI. §. 23. n. 5. & AVTOR collect. conclus. Senatus Aulic. tom. III. p. 645. Illibata adhuc in his causis permansit antiqua Germaniae praxis caussas non euocandi extra territoria statuum, quam §. 2. tetigi, quamvis haec iurisdictio longe nobilior *civili* sit, magis ad iuris Romani & Canonici principia traductae & sic facilis appellationsibus ad supraima tribunalia imperii subiectae. Facilius tamen appellationi locus relinquitur, a) si a multa dictata tantum provocatur, modo non sit surrogata in locum poenae corporalis. BLVM. in processu camer. tit. 43. n. 11. Etenim iuxta cit. ordin. camer. cit. l. ad *criminalia inappellabilia* referuntur, die Leibes-Strafen belangen, certo arguento, iurisdictionem *superiorem* ab *inferiori* in eo, iure antiquo, distinetam fuisse, quod *capitalia & corporis afflictiva supplicia* vnic pro scopo habuerit; ceteras leuiores poenas *inferiori* iurisdictioni, appellationi subiectae, tribuerit. b) *Accusatorio processu* feruente, ad *suprema territorii iudicia* hac de causa haud denegatur appellatio, quam *criminalia* sua natura primario postulant, non respuant. TABOR decis. & consult. 204. n. 8. sq. Hac pendente executio fieri nequit, bene tamen si ad cameram interposita, adeo ut si accusatus absolutus accusatorem ob iniuriam & expensas reconuenierit, ne quidem condemnatus appellare queat, sed executio, non obstante appellatione, valide fiat. BLVM. cit. l. n. 12.

4) Causae  
quædam ac-  
cidentaliter  
fiunt in appel-  
labilis.

Ob contuma-  
ciam veram.

§. VI. Ex *accidente quoque* (IV) contingit, vt quamvis caussa in se appellabilis sit, provocatio tamen aliunde impeditatur. Etenim 1) etiam *contumacia vera*, si de *dolo* constat, appellationem condemnato adimit, quod ex iure Romano pleniū euicit Dn. PRAES. ex professo in *dissert. de contumacia non respon-*

respondentis, adeoque in hoc argumeto specialius non occupabor sed paucis tantum vrgeo, appellatione non obstante recte contra condemnatum fieri executionem. 2) Tres conformes sententiae, vltiorem appellationem, tertiam videlicet, non formes, admittunt per l. vnic. Cod. ne lic. in vna eademque causa terio prouoc. quod argumentum plenius exsecuti sunt B. WILD<sup>m</sup> VOGEL & B. LUDOVICI in dissert. de trib. conform. sentent. Ceterum a) non sufficiunt de iure ciuilis tres conformes, nisi appellatio tercia interponatur: quae in vna instantia feruntur pro vna habentur, ex mente MEVII P. I. decis. 63. de quo paulo post. b) Idem quoque obiectum litis in tercia prouocatione adesse debet, non diuersum. MEV. P. I. decis. 18. De primo membro admodum dubitat B. LUDOVICI cit. l. §. 25. q. censemque, in foro Romano non potuisse tres conformes adesse, nisi tres instantiae praecesserint, vt tercia iam prouocatione suscepatur. Ast hodie tres omnino conformes adesse possunt, etiam in duabus instantiis, id quod sufficere videtur, quia praesumptio vrgens iniustitiae contra eum militat, qui tribus sententiis victus, vt vltior prouocatio friuola haberi debeat. Interim hanc doctrinam de tribus conformibus sententiis in camera non esse receptam obseruat Dn. de LUDOLPH de iur. camer. p. 331. vt executio, hac stante hypothesi, fieri non debeat, appellatione interposta: quamvis iudex a quo caute agat, si ad instantiam victoris per literas informatorias argumentum hoc vrgeat, doceatque, appellationem friuolam & ita comparatam esse, vt merito recipi ea non debeat, quod in Germania, prout §. 2. huius cap. dictum, prouocationes extra prouinciam magis sint restringendae quam ampliandae. 3) Si summa non est appellabilis, seu condemnatio non excedit quantitatem 400 thalerorum exclusis vsluris, caussa in supremis imperii iudiciis non recipienda; ergo recte quoque executio decernitur sine formidine attentati, iuxta R. I. de anno 1654. §. 112. vt tamen secundum §. 113. reuifio actorum simileue remedium cum

Ob summam  
ordinationis  
deficientem.

transmissione actorum loco appellationis a iudice a quo grauato denegari haud debeat. 4) Denique *decreatum de exequendo etiam executionis*, respuit appellationem in causa alias appellabili, utpote quod *iuris necessitas* postulat, vt lictum finis sit. I. 5. *Cod. quor. appell. non recip.* Modo (a) modus in exequendo non excedatur, nec in uestro ordine fiat; (b) contra condemnatum suscipiatur: si contra tertium non citatum, non auditum, (quod aliquando permisum) appellationi locus est ex sententia LYNCKERI de grauam. extraiu. c. 3. P. 2. §. 30.

Sunt etiam causae, quae deuolutiuo effectu defi- tuunt ad summa imperii duntur aperte statuum iura, promissima fit executio. Con- tribunalia, ob stat enim 1) status eminentiores adhuc iure prisco, per priuilegia sta- tuum.

§. VII. Trans eo ad alteram classem, quae ob *ius statuum singulare seu priuilegium* non admittunt appellationem ad tribu- nalia suprema extra territorium, idque vel *absolute* vel *secun- dum quid*, adeoque, appellatione tali non obstante, qua lac- tum, *catalogum pleniorum offendes in append. V. ad ius camer-*  
*De priuilegio Dn. de LVDOLPH. Etiam patria mea, h. e. ciuitas Lubecensis, Lubecae ciu- priuilegia ad summam certam gaudet, so die Klage und An- fordung anfänglich nicht über 500 Gold-Gülden Schuld, Geld, oder Werth beruhet und antrifft. Credere tamen a) hic non praecise ad summam petitionis sed grauaminis esse respiciendum, quod citra dubium adducta verba casum concernunt, quo reus in summam petitionis, der Klage und Anforde- rung, condemuatus est, quod calculo suo confirmat Dn. de LVDOLPH. de iur. camer. p. 171. in f. aiens: illud iure camerati & praxi confirmatum est, quod summa non petitionis, sed grauaminis sit attendenda. b) Quia in dicto priuilegio non praecise causa pecuniaria hoc gaudet priuilegio, sed etiam aliarum re-*

rum,

rum, quae *aestimationem* 500. Florenorum Aureorum non excedunt, non existinare, *iura* generatim a summa hac appellabili excepta esse, quae a plerisque excipi solent, ut docet B. LUDOVICI in diss. de *summa non appellabili*; nihil enim impedit, quo minus etiam haec *certaini* recipient *aestimationem* per peritos facile determinandam. Denique cum  $\gamma$ ) pauperibus, qui iuramento firmare possunt, daß ihr Vermögen sich nicht über 2000. Gulden erstrecket, ius singulare in R. I. de anno 1654. §. 114. datum sit quod *summam ordinationis*, arbitratu*s* est Dn. de LVDOLPH. p. 172. etiam hoc *ius singulare* pertinere ad *summam priuilegiorum*, quod nulla appareat ratio diversitatis. Ast, quod pace illustris viri dixerim, ratio diversitatis evidens est, quod summa appellabilis *iure uniuersali* constituta restringi in eodem recessu facilius potuit, quam illa, quae contra *ius uniuersale* per certum *priuilegium* concessa, cuius exceptio reseruata *vbiq[ue]* subintelligitur, ut in §. 112. & 113. cit. R. perspicue etiam declaratum: Jedoch denen Ständen des Reichs an ihnen erlangten und hergebrachten Privilegien, Freyheiten, Landes-Ordnungen, Satuten und sonstigen ohne Nachtheil, quae verba licet non sint repetita in §. 114. ex natura *priuilegiorum* tamen subintelliguntur. Ius enim correctorium corrigit quidem ea, quae ante *generatim* & pro regula constituta sunt, non item quae iure *speciali* & *singulare* lanceata.

§. VIII. Denique ad ultimam classem pertinet 1) *remotio* Denique *appellacionis per praecedens pactum*, tum si litigantes ante litem appellabilis causam susceptam compromisso sese ad processum summarium, remota sa esse definita omni appellatione, adstrinxerint, ad quod pactum sese ob pactum componere debet iudex: BRVNNEMANI de proc. civ. c. 1. n. 18. seq. tum etiam si in praecedente chirographo similiue instrumento renunciatum fuerit a debitore omnibus remedii suspensiuis, speciatim vero *appellacioni*. Parum roboris huic renunciationi attribuere & nihilominus appellationi locum relinquere solent iudices superiores, quod a regulis iuris & iustitiae

70 CAP. III. DE EXECUTIONE FACIENDA OB ADEMT.

Vel rescri-  
ptum prin-  
cipis.

litiae abit, cum cuilibet appellationi renunciare integrum sit,  
*l.f. S. f. C. de temp. appell.* 2.) *Remotio appellationis per rescri-  
pta* grauius momentum habet, si, quod in iure canonico  
frequentissimum est, delegati iudices dati sunt cum clausula:  
*remota appellatione*. Neque dubium est, quin principes impe-  
rii, *legislatoria potestate* gaudentes, commissiones hoc modo  
restrictas ad certam causam dare possint, cuius exitum hoc  
modo, iustis concurrentibus circumstantiis, promouere student.  
Non sufficere autem putat *ME VIVS P. II. decif. 193.* delegatio-  
nem sub hac clausula: *ut sententia lata statim executioni man-  
deretur*, quod his verbis non praecise exclusa videatur *appellationis*  
*beneficium*, in dubio grauato haud ademtum. Grauius pondus  
habet clausula: *remota appellatione sententialata executioni man-  
deretur*. *l.r. S. pen. a quib. app. non licet.* Triplicem effectum huic  
tribuit praelaudatus *ME VIVS P. II. decif. 194. n. 3.* (a) *vt iudex*  
*datus non teneatur deferre appellationi*, sed statim sententiam  
*exequi queat*: (b) *vt non puniatur non deferens*: (c) *vt factum*  
*post appellationem non reuocetur tanquam attentatum*, sed  
*aliis remediis veluti querela nullitatis* hoc corrigatur. Prae-  
terea resribentis integrum est, nihilominus ad se factae appelle-  
tationi deferre, eamque ex qualitate grauaminum recipere,  
cum semet ligare princeps haud voluerit, sed iudicem datum  
tantum adstringere, ne quamcunque recipiat appellationem,  
*c. 53. X. de appell.* nisi tertius forsan appellauerit, qui ex sen-  
tentia lata grauatus est. *c. 15. X. de offic. & potest. iud. del.* Sed  
cum de hoc arguento ex professo *Dn. IAC. BRUNNEMANN.*  
*de appellatione rescripto principis remota*, egerit, ei immo-  
rari prolixius nolo, sed, quod restat, ad executionem  
dissertationis ipsius proprio, salua tamen  
appellatione.

T A N T V M.

80) o(80)





Halle, Diss.) 1734

UD 78

ULB Halle 3  
004 755 634





**Farbkarte #13**

B.I.G.  
Black



1874.

*DISSE*RATI*O IVRIDICA*  
DE  
**EXECVTIONE**  
PENDENTE  
**APPELLATIONE**  
**VALIDE FACIENDA,**

QVAM  
INDVLTV  
FACVLTATIS IVRIDICAE IN REGIA FRIDERICIANA  
PRAESIDE

FRIDERICIANAE DIRECTORE  
**DN. IVSTO HENNINGIO**  
**BÖHMER**

ICTO POTENTISS. REGI BORVSSIAE A CONSILIIS  
INTIMIS ET ORDINIS ICTORVM VICARIO PRAESIDE  
P. P.

*PATRONO ATOVE PRAECEPTORE OMNI*  
*QVA PAR EST ANIMI REVERENTIA NVNQVAM*  
*NON COLEND*  
D. XXX. MART. MDCCXXXIV.

H. L. Q. C.

PUBLICO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITIT  
**IOACHIMVS HENRICVS DREYER**  
LVBECKENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE  
TYPIS IOANNIS GODOFREDI MEYHII, ACAD. TYPOGR.

